**C**aligauit ad indignationem oculus meus ad indignationem oculus caligat  
quando ipsi quoque qui in ecclesia lumen ueritatis habent secretum

di penetrare nequeunt cum preualere peruersi contra bonorum  
innocenciam permittantur

**E**t membra mea quasi in nihilum sunt redacte: membrorum quippe  
nomine tenetudo exprimitur infirmorum. quidum peruersos pspici  
unt florere iustosque cruciari. ad hoc sepe perueniunt. ut se  
bona uel inchoasse peniteat. hoc autem quod ait ad indignatio  
nem oculus m̄s uerbis planioribus aperit dicens. 7.

**S**tupebunt iusti sup hoc & innocens contra ypocritam suscitabitur.  
hoc loco innocens nec dum perfectus iustus accipitur. sed & qui nocere  
aluis non nouit. succenditur uero ypocritam innocens dum glae  
simulatoris inuid& & iam qui nulli nocere sol&. siue innocens id  
quilib& in bono perfectus contra ypocritā suscitāt quando hunc & flo  
rere ē spicit & tam cū suo eum flore contempnit. De quo subiungitur.

**E**t tenebit iustus uiam suam considerato itaq; ypocrita iustus uia  
suam ten&. quia dum illum expressa uoluntate optinere ea qua  
mundi sunt intuetur. ipse ad amorem celestium robustius stringitur.  
Et mundis manibus add& fortitudinem. quia conspiciens peruersos op  
time terrenam gloriam. bona sua opera puehit ad perfectionem.  
Sed nunc uerba exortationis sc̄s iob protulit cum subiungit;

**I**gitur uos om̄s conuertamini & uenite. duobus modis electi inuitant̄  
scilic& ut conuertantur & conueniant. conuertant̄ fide & ueniant  
opere. uel certe conuertantur deserendo mala. & ueniant fici  
endo bona. mirandum uero quod subditur.

**E**t non inueniam in uobis ullum sapientem. Recte beatus iob con  
uersionem auditorum desiderans exoptat ne in eis ullum sapien  
tem inueniat. ac sic dicat eis. Stulti esse apud uos metip sos diserte  
ut in dño uere sapientes esse ualeatis.

**D**ies mei transierunt. sc̄a et̄a per diurna & nocturna tempora uite

spatia conspiciat transire. Quasi enim lux ex tranquillitate pacis & nox ex dolore persecutionis.

**C**ogitationes meae dissipatae & torquentes cor meum quia dum bonis mentibus temporalis felicitas transit etiam cura eius terrene dispensationis subtrahitur. quaeas in cogitationibus torquere uidebatur.

**N**octem uertuntur in diem. Dissipatae enim nocturnae cogitationes noctem in diem uertunt quia non nunquam iustis placet & ex aduersitate mala perpeti quam ex prosperitate terrene dispensationis cura fatigari. unde sequitur.

**E**trur sum post tenebras spero lucem. Lux enim post tenebras speratur quia uel post noctem uite presentis aeternum lumen percipit. uel ita hic per uersitas atque prosperitas alternat. Ut sibi succedere uicissim non desinant. unde fit ut & in luce nox in suspectione sit & in nocte lux in presumptione sic scriptum est. In diem malorum ne in memoris bonorum & t. Unde beatus iob afflictionem sentiens & adhuc differri iustorum retributionem sciens. Aperte sub iungit.

**S**i sustinuerit infernus domus mea est. & in tenebris stratum lectulum meum. Priores & enim scilicet & sustinere aduersa poterant & tamen corporibus educti ab inferno locis liberari non poterant. Tunc autem homo suum lectulum in tenebris stravit. quando lucem iusticie per suam callidam conscientiam deseruit. sed iustus quasi in tenebris strauisse est in inferno sibi requiem preparasse. sed illud ibi non uidendo faciem creatoris beatus iob tenebras uocat.

**P**utredini dixi pater meus est. hoc ideo dixit. quia utique omnis homo a origine iam uiciata descendit. unde additur.

**M**ater mea & soror mea uermibus. Quia uidelicet & alii ipsa putredine & cum ipsa in hunc mundum uenimus. At spiritualis mater natura & consuetudo non in merito soror uocatur. quae uidelicet mater & soror

uermes sunt. quia ex natura corruptibili & consuetudine perversa  
 agimur. ut quasi uermibus sic inquietis cogitationibus in mente fatigemur.

**V**bi est nunc prestolatio mea que esse potuit prestolatio iustorum nisi  
 iustus & iustificans deus non ait. ubi est prestolatio mea sed ait ergo nunc  
 Dum ergo addidit non ostendit quia quod quandoque uenturus erat. uenire cuius desiderabat.

**E**t patientiam meam quis considerat. Et quidem non deest qui pati  
 entiam considerat & sed cum citius non exaudit. quasi minus considerare  
 dicitur deus. quia quod disponendi breue est. longum est amandi.

**I**n profundis simum infernum descendunt omnia ossa mea. Quod autem  
 ait non in profundum sed in profundis simum infernum ostendit quia  
 quantum ad celsitudinem celi aeris est caligosus infernus est & quantum ad ei  
 dem aeris altitudinem terra que inferius est uel iacet & intelligi & profundius po  
 test quantum uero ad eundem terrae altitudinem illa loca inferni que  
 superiora sunt aliis receptaculis inferni hoc loco non incongrue inferni  
 profundissimi appellatione signantur sed cum sola anima descensura  
 esse ad inferni loca quid est quod ait illuc omnia ossa sua descendere  
 nisi quod ibi se totum uidit ubi pondus sue remunerationis intellegit.

Quia ubi totus est ubi sentire possit & quod recipere & uel certe inferni  
 omnia descendunt quibus quietem retributionis sue ex omnibus inuenit. Unde sequitur.

**P**utasne saltem erit ibi requies mihi. In quibus uerbis innotescit quid de  
 siderat & tamen est se adhuc de suscipienda requie dubium designat.  
 Nec uisus sancta opera tot flagella secuta sunt. Post flagella tem  
 poralia etiam mansura tormenta sequerentur.

### EXPLICIT LIB. XIII. INCIPIT QUARTUS DECIMUS.

**R**eco espondens autem baldad sutes dixit. usque ad quem finem uerba iactabis in  
 tellegite prius & sic loquamur. Omnes heretici sanctam ecclesiam in quibusdam  
 incognitis superbire putant. quaedam uero nec intellegere suspicant.

Quare putati sumus ut uimenta & sordidum uosam uobis. Arbitrantur

enim se despici. quiborum mentes dispicere consuerunt. ex qua dispic-  
tus sui suspicionem ad indignationem prosiliunt. Unde subditur,

**Q**uid perdis animam tuam in furore tuo. heretici inde interire eter-  
nitatem credunt. Unde eam esse contra se in furore conspiciunt.

5 **N**umquid pro te derelinquetur terra. Ac si dicitur & si hoc est uerum quod  
dicitur. omnis ad te tradita est quamuis nos premultitudine tenemur.

5 **E**t transferentur rupes de loco suo. Cum scilicet ecclesia peruersos quosque pre-  
dicatores intra sinum recte fidei colligere studet. quid aliud quam de lo-  
cis propriis rupes mouetur. ut intra eam recte sentientes humiliter iaceant.

5 **N**on lux impii extinguetur. nec splendet flamma ignis eius. Quod si di-  
ci de impio recte potuit. contra sanctum tamen uirum in flagello consti-  
tum dici non debuit. Sed lux impii extinguetur quia fugitiue uite pre-  
sentis prosperitas cum ipsa citius uita ter minatur. unde subditur.  
Nec splendet flamma ignis eius. id est decor ut potestas exterior que  
de interno eius ardore procedit. que tunc non splendet cum in die  
exitus omnis eius exterior decor subtrahitur.

**L**ux obtenebrescet in tabernaculo eius. Quia uidelicet in eius conscientia qua  
male inhabitat. lux id est gaudium quod de temporalibus fuerat rebus deficit.

**E**t lucerna que super eum est exstinguetur. Lucerna lumen in testa est  
lumen uero in testa est. gaudium in carne. Lucerna uero impii exstingue-  
tur quia citius eius gaudium deficit quod eum totum in hac uita possedit.

5 **A**stabuntur gressus uirtutis eius. hoc est uires malicie eius quas nunc  
in uoluntate sua exhibet post modum poena constringet.

5 **E**t precepit <sup>abit</sup> eum consilium suum cum iudex iustorum iniustorumque  
uenerit. unus quisque impius suo consilio precipitatur.

5 **I**nmisit enim in rete pedes suos & in maculis eius ambulat qui pedes  
in rete mittit non cum uoluerit erit. sic qui in peccatis se deiecit non  
mox ut uoluerit surget.

**E**t in maculis eius ambulat. Gressus suos ambulando implicat quia cum ex  
pediri nititur. tunc ueraciter conspicit. quamdiu nexibus tenetur

**T**enebitur planta illius laqueo quia uidelicet stringitur sine fine  
in peccato. Et tardescit & contra eum sitit. Antiquus hostis cum in peccato  
uitam in laqueat sitit ut mortem peccatoris bibat. Siue in eius  
animo contra eum sitit exardescit. qui quo agere peruersum consueu  
it ad bibenda mala ueraciter accendit. Impio quippe sitire est huius mundi bona concupiscere.

**A**bscondita est in terra pedica eius. pedica in terra abscon  
ditur. cum culpa subterrenis commodis occultatur.

**E**t decipula illius super semitam. decipula ad decipiendum uocata est  
que tunc ab antiquo hoste super semitam ponit quando in ac  
tione huius mundi quam mens appetit. peccati laqueus parat. Sic quip  
pe decipula ponitur. ut dum esca ostenditur. nequaquam ipsa tran  
seunte uideatur. Dum enim a concupiscente lucrum appetitur qua  
si pedem mentis adprehendit decipula que non uidetur.

**V**ndique terrebunt eum formidines. peruersus ergo contra se omnes  
esse suspicatur quales ipse contra omnes esse nititur. que nimirum for  
midines quideius in actione faciunt subinfertur cum dicitur.

**E**t in uoluit pedes eius. In uoluunt itaque ne in rectam exire uale  
**A**t tenuatur fame roboreus. Robur autem hominis est anima (ant actione).  
rationalis que in pugnantibus uicis resistere pro actione ualeat. huius  
ergo iniqui robur fame tenuatur quia eius anima nullam in cibis refectionem pascit.

**E**t inedia inuadat costas illius. Coste unius cuiusque sunt sensus  
animi qui latentes cogitationes muniunt. Inedia igitur inuadat  
costas quando omni spiritali refectione subtracta sensus men  
tis deficiunt & congregationes suas regere uel tueri non possunt.

**D**e uor & pulcritudinem cutis eius. & consumat brachia  
illius primogenita mors.

Si autem peccatum mors. non incongrue primogenita mors superbia  
intellegit pulchritudo ceteris gloria temporalis. Brachiorum nomine opera desig-  
nantur. quia iniqui & gloriam uel operationem superbia sub plantat

**A**uellatur de tabernaculo suo fiducia eius. & calcet super eum quasi rex inte-  
ritus. Iste interitus hoc est diabolus. Indie exitus quasi rex super impium  
calcat quia quem prius blandis persuasionibus decepit ad extremum  
uolentis in sibus ad supplicium rapit. unde non in merito de taberna-  
culo suo fiducia eius euellitur. quando peruersus quisque. qui multas sibi  
aduotum in hac uita parauerat. repentina morte dissipatur.

**H**abitent in tabernaculo eius socii illius qui non est. id est in mente eius  
apostata angeli per cogitationes nequissimas eius uidelicet socii quid  
circo iam non est. quia a summa scientia iam recessit. & per hoc  
cotidie exerescente defectu. quasi ad non esse tendit.

**A**spargatur in tabernaculo eius sulphur. quid aliud sulphur quam  
fomentum ignis est. quod tamen sic ignem nutrit ut foetorem grauissi-  
mum exaltet. In sulphure ergo peccatum carnis accipimus quod duperis  
cogitationibus. quasi quibusdam foetoribus. mentem replat & eterna incendia parat.

**D**eorsum radices eius siccantur. sursum autem atteratur messis eius. Quia  
omnis iniquus prius in cogitationibus arescit & postea a bonis actibus  
deficit. Recte de eo dicitur. Deorsum radices eius siccantur. Siue  
quibus in radice boni operis sterilis persistit per hanc uitam ad nullam  
premia future messis uocatur. Deum quoque iniquo loquitur uita  
tentet ad diabolum caput omnium iniquorum eius uerba uertantur.

**M**emoria eius pereat de terra. & non celebretur nomen eius in plateis  
hoc est ut anti christus qui est omnium iniquorum caput <sup>caus</sup> laudem tunc  
potestatis amittat. & omne gaudium nominis sui perdat. quod longelateque  
in breui temporis prosperitate disuderit. *(eterna damnatur.)*

**E**xpellat eum de luce in tenebras. cum de honore uite presentis ad supplicium

**E**t de orbe transferet eum. De orbe transferetur. cum super no. appa-  
rente iudice de hoc mundo tollitur in quo per uet se gloriat. ut

**N**on erit semen eius neq. progenies eius in populo suo. nec uelle relique-  
re in regionibus suis. Cum ergo iniquitas anti christi cum mundi statueret  
minatur. progenies eius in populo suo non relinquit. quia ipse & ppter  
cum eo ad supplicium pariter urgetur & qui de ei puer su. per suasionem in  
prauis actibus nati sunt in aduentu dñi eterno interitu cum ipso capite ferientur.

**I**n diebus eius stupebunt nouissimi. & primos in uad & horror. Quia uidelicet  
tanta tunc signa monstraturus & crudelia ac dura facturusest ut ad stupore  
perducatur quos in fine mundi inuenit. & priores patres enoc scilicet & helia  
qui in eius expugnatione seruati s. carnalis mortis dolore transfigat.

**H**ec sunt tabernacula iniqui & iste locus ei qui ignorat dñm. hic scilicet  
indicat quia his qui nunc dñm ignorando extollitur. tunc ad propria taber-  
nacula puenit. quando eum sola iniquitas in supplicia demergit.

**R**espondens iob dixit usq. quo ad fugitis animam meam.

& a terribis me sermonibus. At teruntur autem boni sermonibus iniquorum quando  
contra eos illi in uerbis tument. quia aut in puer su. fide aut in prauis actibus. lacerant.

**E**ndecies confudisti me. Numeratis uicibus locutionum amicorum iob adhuc  
quinque locutos eos esse cognoscimus sed propter hoc qd taberis quinque  
inreparationes audierat quorum increpationibus quinque ipse  
respondit. Deci esse perhibet esse confusum.

**E**t non erubescitis opprimentis me. Plerumq. tales sunt aduersari  
scilicet ecclesie qui perpetrando malis. nec timore dñi. nec hominum pudore  
refrenantur. quibus p beatum iob dicitur & non erubescitis opprimentes  
me. quia paruum fuit malum uoluisse. sed peius est malum appetere non erubescere.

**N**empe & si ignorauit mecum erit ignorantia mea. ac si aperte de hereticis di-  
catur. Omnis uera scientia uobiscum non est quia contra uos est dum stul-  
ta elatione uos erigitis. mea uero ignorantia mecum est. quia pro



me est dum per scrutari deo aliquid superbe non audeo  
in ueritate me humiliter seruo.

5 **A** tuos contra me erigimini. Id est uos ipsos redarguendos  
reliquitis & me districte sententis increpatis. Qui enim seme  
t ipsum non iudicat quid in alio rectum iudicet & ignorat;

5 **E** targuitis me opibus meis. Quia hi qui eum iustum ante flagella  
nouerant. iniustum esse ex ipsa sua percussione iudicabant

5 **S** altim nunc intellegite quia deus non equo iudicio afflixerit me.  
5 **Q** uod enim dixit deus quia frustra beatum iob afflixerat. hoc rursum  
beatus iob asserit. quia non equo iudicio a deo sit afflictus in quo  
ita peccauit quia sententia auctoris sui in nullo discrepauit. uerū  
igitur iob dixit dum uitam cum flagello pensauit. & deus non iusto iudicio eum  
adflixit quia nūcia illi curauit. Exstinguere sed merita ex flagello augere.

5 **E** t flagellis suis cinxerit me. Aliud quippe flagellis percussus est aliud  
cingi. tunc enim non flagellis solummodo ferimur. sed etiam cingimur cum  
tribulationum uerbis sine ulla consolatione circumdamur;

5 **E** cce clamabo uim paciens uociferabor. & non est qui iudicet. omnipotens  
deus simulat exaudire dolentium uocem. ut eorum uita purgetur pro peccatis.  
nam. Sed hoc nonnulli ignorant. Ex quorum persona nunc deus. uocifera  
bor & non est qui iudicet. Non enim qui iudicet deus quando iudicare  
dissimulat ipse qui ex uerberum oppressione subiungit;

5 **S** emitam meam. hoc est transire ad securitatem cupiens euadere fla  
gella non potui. circum sepsit & transire non possum;

5 **E** t in calle meo tenebras posuit. Circum septam uerbis semitam  
uidit cum transire ad cupiditatem cupiens euadere flagella non po  
tuit quasi uero in calle cordis ignorantis tenebras inuenit qui  
cur ita flagellaretur penetrare non potuit;

5 **S** poliauit me gloria mea & abstulit coronam de capite meo. quod hec

beati uiri in afflictione positi persone conueniat. dubium n̄ est. ideo  
 p̄sensu mysticos inuestigandum spiritaliter spoliavit me inquit  
 gloria mea. Gloria quippe unius cuiusq; iustitia ē. Sicut enī uestim̄tum  
 tegit a frigore. ita iusticia munit a morte. Quia uero afflictionis sue t̄p̄.  
 hoc uestimentum sc̄a eccl̄a in membris infirmantib; amittit. dicatur  
 recte, spoliavit me gloria mea. id est iusticia ab infirmis ablata ē que  
 idcirco tolli potuit. quia more uestimenti exterius non adhesit, et ab  
 stulit coronā decapite meo. Quia enim multi aduersitatibus pressi  
 minime incertamine p̄durant. in eis sc̄a eccl̄a coronam decapite amittit;  
 Corona quippe in capite est super na remuneratio in mento;

**D**estruxit me undique & pereō. Quasi undiq; enim sc̄a eccl̄a destruitur  
 quando infirmis membris deperit. quando coronā decapite abstrahit  
 id est quando premia eterna a prepositis negliguntur.

**E**t quasi auulse arbori. abstulit spem meam. Quasi enim ex uento  
 spem perdidit quia prauorum m̄nis ac persuasiōibus deuictis  
 eterna que sperabat premia reliquit.

**I**ratus est contra me furore eius. & sic me habuit quasi hostem suū cū ergo  
 uirtutem nr̄e patientiæ flagella transeunt. uadē metuendum est ne  
 peccatis nr̄is exigentibus n̄ quasi filii a patre. si quasi hostes a dño feriamur;

**S**imul uenerunt latrones eius & fecer̄ sibi uiam per me. Latrones autē  
 eius id est maligni sp̄s uiam sibi in afflictorum cordibus faciunt  
 quando inter aduersa que exterius negligunt cogitationes pra  
 uas interius inmittunt. De quibus sequitur;

**E**t opsiderunt in giro tabernaculum meum. In giro enim tabernacu  
 lum opsident. quando ex omni latere suis temptationibus mentē cin  
 gunt. que tam uerba & ipsi beato iob congruunt quidum mala que p̄tulit  
 ante oculos congescit non quasi corrigendum filium sed quasi hostem  
 percussum eē iudicauit. Maligni autē sp̄s ideo latrones dī dicuntur.

quia exipsis fit quod inferre mala iniuste desiderant ex dō que desiderata iuste consumant. Nunc a persona dñi dicitur;

**F**ratres meos longe fecit a me & noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei & qui nouerunt obliti sunt mei. A beo quippe fratres longe facti sunt & noti recesserunt. quē tenentes legem hebrei nouerunt & presentem minime recognoscebant. unde recte dicit. Dereliquerunt me propinqui mei & c. Iudei enim per carnem noti per legis instructionem quasi obliti sunt quem prophetauerunt dum & in carnandum uerbis legis canerent & tamen uerbis per fidie incarnatum negarent;

**I**nquilini domus mee & ancille sicut alienum habuerunt me. Inquilini domus dī sacerdotum fuerunt. Ancille autē leuitarum anime intelleguntur qui utique incarnatum dñm quem dudum per legis uerba predixerunt cognoscere ac uenerari noluerunt;

**E**t quasi peregrinus fui in oculis eorum. Redemptor enim noster dum a synagoga cognitus non est in domo sua quasi peregrinus existit. Dum uero iudei despiciunt carnem uisibilem ad inuisibilem magestatem non perueniunt.

**S**eruum meum uocaui & non respondit. Qui enim tot muneribus iudaicum populum preuenit dicit. seruum meum uocaui. Sed quia ille tot dñi munera contempsit & non respondit. Subiungit;

**O**re proprio deprecabar illum ac sic dicit & c. Ego ille qui ante incarnationem meam precepta prophetarum ore mandaueram ad eum ueniens incarnatus ore cum proprio deprecabar. bene autē dicit ore proprio deprecabar quia in carne monstratus dum mandata uite humiliter dixit. quasi superbientem seruum ut uiueret & rogauit unde sequitur;

**A**litum meum exortuit uxor mea. quia uidelicet synagoga quem uidebat hominem dñm credere expauit.

**E**t adorabam filios uteri mei. Quid puterum dñi nisi ei auxiliū debem

accipere in quo ante secula predestinatione concepti sumus ut creati p[er]  
secula producamur. D[omi]n[us] ergo uteri filios adorauit. quia eos quos potent[er]  
per diuinitatem condidit. incarnatus ueniens humiliter predicauit;

5 **S**ulti quoq[ue] despiciebant me. Recte aut[em] de stultis additur quoq[ue] qui adu[er]  
legis periti d[omi]n[um] despicerent. eorum incredulitate[m] etia[m] populi turba se  
cuta est. Siue quasi dixisset. stulti quoq[ue] despiciebant me pro quibus  
sanandis stulticiam predicationis adsumpsi;

5 **E**t cum ab eis recessissem. detrahebant mihi. quasi accedebat ad eos  
populorum d[omi]n[us] cum eis miracula demonstrat[us]. Et quasi recedebat  
cum signa nulla ostenderet. Recedente ergo d[omi]no detrahebant eum

5 **A**miraculis quiescentibus prebere fidem nolebant;  
abominati sunt me quondam consiliarij mei. Scribe & legis docto  
res uenturi redemptoris n[ost]ri. c[on]siliarij fuer[unt]. qui tam[en] incarnatu[m] d[omi]n[um] despicerent.

5 **E**t quem maxime diligebam auersatus est me. Ipse eni[m] ordo suadente  
perfidia a fide ueritatis auersus e[st]. qui prius in predicatione seruens  
maxime diligebatur. quem non solum ad h[er]edendum d[omi]n[um] sed usq[ue]  
ad passionem eius populi turba secuta est. in qua iam passi  
one discipulorum corda turbata sunt. unde & adhuc subditur.

5 **P**elli mee consumptis carnibus adhesit os meum. In osse fortitudo in car  
nibus infirmitas designat[ur]. Quia igit[ur] x[rist]i & eccl[esi]e una p[er]sona e[st] quid p[er]  
os nisi ipse d[omi]n[us]. quid p[er] carnem nisi discipuli designant[ur]. qui passionis eius  
tempore infirma superauer[unt]. Quid ergo per pellem que exterior car  
ne manet in corpore. nisi ille sc[ilicet] femine figurant[ur] que ad preparanda  
subsidijs ad d[omi]n[um] seruiet[ur]. Aut ergo. Pelli mee consumptis carnib[us] adhesit os  
meum. hoc hu[m]i mee fortitudini p[ro]p[ri]e in herere debuer[unt]. pas  
sionis mee t[em]pore timore consumpta sunt. & eas quas ad exteriora minist[er]  
ia posui. in passione mea sine formidine inherere m[er]ito inueni. unde sequit[ur];

**E**t derelicta sunt tantum modo labia circum dentes meos. Quid per labia nisi locutio. quid per dentes nisi apostoli qui adhuc statim post passionem confabulari de christo nouerunt. Sed predicare iam eum aut mordere infidelium uicia formidabant. Nunc ad propria uerba sancti iob reuertitur dicens;

**M**iseremini mei miseremini mei saltem uos amici mei quia manus domini tetigit me. hoc proprium habere solent mens piorum. quodcum iniusta ab aduersariis patitur. Non tam ad iram quam ad preces mouetur. ecce eos a quibus iam affligitur amicos uocat. Nam etiam in hoc holentes amici sunt. quia si qua bonorum delicta sunt ea suis persecutoribus etiam nescientes purgant. Ita uero quia manus domini tetigit me. Sciebat quippe uir sanctus quia per hoc ipsum quod per uersa uoluntate contra se satan egerat. potestatem non a se metipso sed a deo habebat;

**Q**uare persequimini me sicut deus. ac si diceret. Ita me ex infirmitatibus meis affligitis. ac si ipsi more dei de infirmitate nihil habeatis;

**E**t carnibus meis saturamini. Cum mens proximorum poenas esurit saturari procul dubio alienis carnibus querit.

**Q**uis mihi tribuat ut scribantur sermones mei. quis mihi id & ut exarentur in libro stilo ferreo & plumbi lamina uel certe scilicet in silice. In plumbo quod scribitur ipsa metalli mollitie citius deletur. In silice uero tardius quidem ualent literae exprimi. sed difficilius deleri. Per plumbi ergo laminam iudea exprimitur quae precepta dei & sine labore percepit & cum celeritate perdidit. Per silicem uero gentilitas figuratur quae uerba sacri eloqui uix custodienda suscepit sed fortiter suscepta seruauit. Per stilum uero ferreum. fortis dei scientia designatur. quae beati iob uerba sanctae ecclesiae congruunt quae duo sacri eloqui testamenta custodiens quasi secundo sermones suos scribi expetit dicens. Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei. & ret usque in silice. Quaeque fortis sententia modo per pondus auaricie grauibus modo autem duris cordibus loquitur; stilo ferreo in plumbi lamina uel certe in silice scribi;

- S**cio enim quod redemptor meus uiuit. Ac si apud te dicat infidelis quisq. crucifixum  
 mortuum nouerit redemptorem. ego illū uiuere p̄ mortē certā fide credo;
- E**t in nouissima die de terra surrecturus sum. quia uidelicet resurrectionem  
 quam in se ostendit in nobis etiam quandoque facturū est. Sui  
 enim capitis gloriam secuntur & membra;
- E**t rursum circumdabor pelle mea. Dum pellis dicitur omnis dubitatio uere  
 resurrectionis auferatur. In illa ergo resurrectionis gl̄a erit corpus n̄m  
 subtile per effectum spiritalis potentie. sed palpabile per ueritatem nature.
- E**t in carne mea uidebo d̄m ecce resurrectionē. ecce pellem. ecce carnē aper  
 tis uocibus fetatur. Quid ergo remanet unde mens n̄a possit dubitare;
- Q**uem uisurus sum ego & oculis mei conspecturus & non alius. nos ergo beati  
 iob fidem sequentes & redemptoris n̄i post resurrectionē corpus palpa  
 bile credentes fatemur carnem n̄am post resurrectionē futurā ean  
 dem & diuersam eandem per naturam diuersam. Per gloriam erit itaq;  
 subtilis quia incorruptibilis erit. Palpabilis quia n̄a mittit essentia ueracis nature.
- R**eposita est hec spes mea in sinu meo. In sinu suo spem repositam tenuit  
 quia ueram certitudinem de se resurrectionis presumit;
- Q**uare ergo nunc dicitis persequamur eum & radicem uerbi inueniemus  
 contra eum. Per uersu quilibet & quia malo studio bene prolata audiunt &  
 in lingua iusti ac usationis aditum inuenire apputunt. quid aliud quā contra  
 eū uerbi radicem querunt. ex qua loquendi originē sonant. & ramos prauē  
 loquacitatis in acusationē dilatent. Sed uir sc̄s cū prauis talia sustinet  
 non contra eos sed p̄ ipsis dolere & malis eis que fugiant ostendit dicens;
- F**ugit ergo a facie gladii quia ultor iniquitatum gladius est. & scitote eē  
 iudiciū. faciem ergo gladii fugere est animam ad uersionis districtē sententiā  
 priusquā appareat placare. ut in n̄a q. terror iudicis n̄ nisi ante iudiciū po  
 test. Mordo enim non cernit sed precibus placatur. cū aut̄ in tremendo exam  
 ine sederit & uideri potest & placari iā non potest. huc usq. sententia iob;

INCIPIT LIBER QUINTUS DECIMUS.

**R**espondens sophar naamathites dixit. Idcirco cogitationes mee succedunt sibi & mens induersa rapit. <sup>hec</sup> Quod mala poenarū innocenter asserit sustinere sophar naamathitis scī de ore iob terrorem uituri iudicii audiens protinus adiugit dicens. Idcirco cogitationes mee & ret. Ac si aperis uocibus dicat. quia extremi iudicii terrorem considero idcirco cogitationum tumultibus intimore confundor. Mens autē induersa rapit quando mala que egit modo bona que agere neglexit sollicito pauore reppendit.

**D**octinam quam ne arguis audiam. & sp̄s intelligentie mee respondebit mihi; Ac si aper te dicat. Tua quidem uerba audio sed an recte prolata sint sp̄ū mee intelligentie discerno;

**H**oc scio a principio ex quo positus est homo super terram. quod laus impiorum breuis sit. hec non recte ad beatum iob sed ad impios recte dicuntur. Et enim qui presentem uitam diligunt. In ea elati percipere laudē que quam laudem esse longam existimant dum adsequuntur sed breuem fuisse intellegunt dum amittunt. Unde sequitur;

**E**t gaudium ypocrite ad instar puncti. Sicut enim stilus in puncto dum ponit leuatur. sic ypocrita presentis uite gaudia dum tangit amittit. De quo sequit̄.

**S**ia scenderit usq. ad celum superbia eius. & caput eius nubes tetigerit. Quasi sterquilinum in fine perdetur. Supbia ypocrite usq. ad celum ascendere dicit̄ quando eius elatio. celestem agere uitā uidetur. Cuius etiam caput quasi nubes tangit quando principale intellectus illius scōz coequari meritis creditur. Quasi sterquilinum autē in fine perdet̄. quia in morte eū ad tormenta ducit̄. stercorib; uiciorū plenā malignis spiritib; conculcat̄;

**E**t qui eū uiderunt dicent ubi est. qui eū elatū hunc uider̄ de existit̄. dicent ubi est. quia neq. hic ubi elatus fuerat neq. in eternitatis requie in qua eē putabatur apar̄ & de cuius uite breuitate subiungit̄;

**V**elud somnium auolans non inuenietur. Recte uita ypocrite somno

comparatur quia ab eo omnis laus & gloria quasi dicitur tenet & amittitur;

**T**ransi & uelud uisio nocturna. Quia hoc quod se ypocrita ad momentū in uisione nocturna diuitem humanis estimationibus uidet & de estimatione est fantasmatum non de soliditate uirtutis;

**O**culus qui eum uiderat non uidebit. quia utiq; subtractus in morte stultus amatoribus suis abscondit quicum consueuerit ammirando conspiciere.

**N**eq; ultra intuebitur eum locus eius. Locus ypocrite cor adulantium est ubi uero requiescit ubi fauores inuenit quorum lingua hunc adiudicium fauoribus consequuntur. De quibus subdit;

**F**iliculus atterentur aegestate. quia uidelicet huius ypocritarum in exei imitatione nascuntur dum ueritatis sollicitatem non tenent in cor disegestate deficient.

**E**t manus illius reddent ei dolarem suum. hoc est damnationem iustā ex iniqua recipi & operatione.

**O**ssa eius implebuntur uicis adulescentie ei quia utiq; in eo dare consuetudinis a uicio sumptis sunt pessime inchoationis.

**E**t cum eo in puluere dormient. Cum eo enim in puluere ossa uelut dormire est usq; ad puluere eum non deserere id est a morte ab iniquitate minime quiescere.

**C**um enim dulce fuerit in ore eius malum abscondit illud sub lingua sua. In ore ypocrite malum dulce absconditur. quando asperitas malicie quæ latet in mente sub tegmine blande locutionis operitur.

**P**arce & illi & non derelinque & illud & celabit in gutture suo. malo enim parce quod diligit. quia non hoc in seipso penitendo persequitur. Unde additur & non derelinque & illud. Si enim uellet recipere non ei parceret & sed hoc celat in gutture. quando sic seruat in cogitatione ut numquam proferat in uoce;

**P**anis eius in uero ei uertetur in fel aspidum in trisecus. Id est facietas transitorie delectationis in retributionis sine ad amaritudinem uertitur. tunc & enim iniqui uident. quod antiqui serpentes ueneno infecti sunt dum flammis utriusque traditi cum oodem suo per suatore cruciantur. Siue panis



illius in utero eius infel aspidum uertitur. quia dum de sacre legis sci-  
entia gloriatur uite potum conuertit infel siue inueneni poculum;

**D**iuicias quas deuorauit euom& & de uentre illius extra & eas ds diuici-  
as igit sacre legis quas legendo deuorauit obliuiscendo euom& easq; de  
uentre illius ds extrahit qd hoc qd seruare noluit iusto iudicio de memoria ei euellit;

**C**aput aspidum su g& & occid& eum lingua uiperæ. Aspides paruus e serpens  
uiperæ uero plixioris e corporis & aspides ouaginunt atq; ex ouis eoru filii  
pereantur. uiperæ aut cum conceperit filii earum in uentre se uiuunt. qui  
ruptis lateribus matrum ex earum uentribus pcedunt. unde & uiperæ eoq;  
eoq; uiperæ nominatur; **MORALIT** Caput itaq; aspidum su g& quia  
iniciu suggestiois occulte paruus prius in corde nascitur sed occidit e  
linguæ uiperæ. quia post modum capta mens ueneno uolente tem-  
tationis necatur;

**N**on uidebis riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Riuuli sunt  
fluminis dona sci sps ut est spes fides caritas. & cetera sed quia ipocri-  
te nec dm nec pximu diligit riuulos fluminis non uid& riuulos sui  
disse t si presentis uitæ oculos gloriæ cluder& eosq; ad celestis patris  
amorem aperiret. cum aut nos sci sps gratia infundit. melle nos parit  
& butyro repl&. mela u exaere. butyru ex carne est. Dns ergo nr bu-  
tyro & melle faciat. quia sps xpi mentem qua repleuerit & diuini-  
tatis eius dulcedine & incarnationis fide letificat

**L**u& que fecit omnia nec tamen consummetur. Ypocrita em per sol-  
uit tormenta ea que hic in licite seruauit desideria & flammis al-  
tricibus traditur semper moritur quia semper in morte seruatur;

**I**uxta maliciam ad inuentionum suarum sic sustinebit. quauis enim  
damnatorum omnium sit dolor infinitus grauora <sup>TANT</sup> tormenta recipient  
qui multa iniquitatibus ex suis desideris inuenerunt;

**Q**uo confringens nudauit domu pauperis rapuit & non edificauit eam;

Domum pauperis confringit & nudat. qui eum quem per tentam conterit  
expoliare quoque per auaritiam non erubescit. rapit eam & non edificat.  
ac sicut. qui hanc edificare debuit insuper rapit;

**N**on est satiatus uenter eius. uenter quippe iniqui auaricia est quia  
in ipsa colligitur quicquid per uerso desiderio glutitur. licet uero  
quia auaritia desideratis rebus non ex tingitur sed augetur. Nam  
more ignis. cum ligna quae consumat. acceperit exerescit

**E**t cum habuerit que concupierat possidere non poterit. Maioris quippe  
iracundia esse cum & hoc tribuitur quod male desideratur atque indere  
pentina ultio sequitur quia hoc optinuit quod deo irascente concupiuit;

**N**ec remansit de cibo eius quia percussio. ypoerita de cibo suo nihil re  
manet. cum enim ipse ad eterna supplicia ductus acunctis bonis  
que hic possederat alienatur. unde subditur;

**P**ropter ea nihil permanebit de cibo eius. Nam quia omnia ambiens  
timere iudicem noluit. ex hac uita subtractus ad iudicem nudus uacuit.

**C**um satiatus fuerit arabitur quia utique dum anxiatu qualiter  
adquisita custodiat. ipsa eum sua facietas angustat;

**F**estinabit & omnis dolor irruet in eum. quia uidelicet que hic prius poena  
concupiscentie post modum cura custodit eum illic quandoque poena  
ultionis concremat quia abestu auaritia trahit ad ignem gehenne;

**V**tinam impleatur uenter eius. ut emittat in eum iram furoris sui & pluat super  
illum bellum suum. Bellum namque de pluuere est superbentia contra se corda percutere.  
Et in te arida quasi quibus; da guttis pluuię descendentes; iudicioꝝ suoz iaculis ferre;

**F**ugit arma ferrea & in ruam arcu ereu ferro necessitas presens que  
transitoria est aere autem sententia aeterna designatur; cum autem quis fugit  
arma ferrea ab arcu aeri sagittis inuenitur quia mala tempora  
lia stultum te precauens sententia eterna percutitur;

**E**ductus & egrediens de uagina sua. Dumini quis praua in cogitatione.

machinatur quasi adhuc gladius inuagina est. Dum uero malum q̄co  
gitauit inique perficit deuagina sua egreditur. eductus autem  
per seductorem egrediens uero per propriam uoluntatem,

**E**t fulgorans in amaritudine sua quasi fulgorare inique est in huiusmodi  
di honore clarescere. sed quia splendor gloriae illius eternis igni  
bus mancipatur recte dicitur. & fulgorans in amaritudine sua,

**V**adent & uenient super eum horribiles iniquus enim q̄t uicis deceden  
tibus & succedentibus premitur. tot malignis spiritibus eius ani  
mus quasi euntibus ac redeuntibus reuastatur;

**O**m̄s tenebre abscondite sunt in oculis ei. quia & si in se. ypocrita mala  
omnia non ostendit. tamen om̄a inferre proximis appetit;

**D**euorabit eum ignis qui non succenditur. Gehenne ignis cum sit corpore  
us & in se mis. sos reprobos corporaliter exurat. nec studio humano succen  
ditur nec lignis nutrit. Sciendum enim est q̄t om̄s reprobis quia & ex anima

**A** simul & carne peccauerunt. illic in anima simul & carne concremantur;  
Affligetur relictus in tabernaculo suo. Iniqui tabernaculū caro est quia  
ipsam letus inhabitat. Sed quia eandem carnem dō preposuit iudican  
te dō igitur. ut ex ea amplius in igne crucietur. hic eam relinquere non uult  
& tamen ab ea abstrahitur. Illic eam relinquere appetit. & tamen in ea prop  
ter subplia seruatur. quod ergo sp̄s eius carnem quam sibi male aman  
do preposuit. euadere eam in tormento uelit & non ual. Recte de eo  
dicitur. affligetur relictus in tabernaculo suo. De cuius accusatione sequitur;

**R**euelabunt celi iniquitatem eius. & terra consurgat aduersus eum. ut  
qui hic nec bonis unquam nec malis pepercit in illo tremendo exanime  
& iustorum uita & peccatorum pariter accusat. Possunt autem per tram  
non peccatores. sed qui terrenis actibus occupati. elemosinarum ope ad eter  
nā uitā pueniunt designari. Ypocrite ergo iniquitate celi reuelant & aduersus eū  
terra consurgat dū & hi qui per iudicium liberantur prauitatis illius testes existunt;

**A**per tum erit germen domus illius. tunc germen domi illius aperitur  
cum omne malum qd̄ in conscientia latebat ostendit̄. unde sequitur;

**D**etrahetur in die furoris di. quia utiq; ostensa ira iudicis flammis ultra  
cibus traditur. & ab eius conspectu separatur;

**H**ec est pars hominis impuado. Iniquus enī quia habere portionem suam  
ipsum dñm non quesuit partem suam extra dñm ignem inuenit ut ab ei  
facie exclusus quia gaudere in ipso n̄ appetit sub ipso crucietur;

**E**thereditas uerborum illius ad dño. cum enim districta di iustitia subpliciū  
pp̄uersis actibus. exigit a reprobis malaeis usq; ad uerboꝝ retributionē reddet;

**B**eatus iob respondit audite queso sermones meos. **USQ; SOPHAR.**  
& ageas penitentiam. nunc sc̄ iob more sc̄ eccl̄e cū magna cordis humi  
litate subiuxit dicens: audite queso & t̄. Quid enim cum diceret̄ audite  
queso addidit cum quanta humilitate loquatur insinuat. dum  
contra se superbientes rogat;

**S**ustinete me ut & ego loquar & si postea uidebitur uerba ridete. sc̄ iob  
ut sibi & suis auditorib; p̄ sit dicat. audite queso; Ut aut̄ ipse qd̄ debet̄ exsol  
uat ut etiam si auditorib; prodesse non ualeat adiugit sustinete me & t̄.

**N**umquid contra hominem disputatio mea est ut beatus iob displicuisse  
sed̄ inter flagella credidit. idcirco animū merito ad tristitiam uo  
cauit. non debeat contristari. Si sc̄ iob de uite sue meritis contra  
hominem disputaret̄ nequaquam contristare debuisset̄. sed qm̄  
per flagella presentia anceps factus de ante acta uita fuerat  
in flagello tristitiam iure requirebat. Unde subditur;

**A**t tendite me & obstupescite. id est considerate que egi. Tam mirami  
ni in hac percussione quam patior;

**E**t super ponite digitum ori ur̄o. ac si dicat scientes bona que egi & con  
siderantes mala que patior uos metipsoꝝ etiam a uerborum culpa  
conpescite atq; in meis percussioneꝝ ur̄a dampna formidate;

**E**t ego quando recordatus fuero optimesco. & concutit carnē meā  
tremor. Constat nimirū qđ hoc per inrisionē dicat̄. Ac si apte  
diceretur. Sime aliquid ypocrite meminero habuisse inpeniten  
tię fletu contremesco. Carnē uero suā si recordatus fuerit phibet tre  
more concuti. id̄ infirmitatē operis ultionis pauore fatigari. Sed  
sc̄iuit contra sophar dicta In quib; beati iob potentia momordit. subiungit dicit̄;

**Q**uare ergo impu uiuunt. subleuati sunt confortatiq; diuitis nisi enī  
eos patientia diuina tolerat̄. Nequaquā diu uitam in peccatis duce  
rent. Subleuantur nāq; diuici. cū esse potentes incipiant. Confor  
tantur uero. cum diu in hac uita persistere permittantur;

**S**emen eorum permanet corā eis. In argumentū magne felicitatis. cū  
magno patrimonio dantur. & heredes & nec ita mors subtraheos in  
quib; animus exultat. de hoc eorū semine dī. p̄manet corā eis;

**P**ropinquorum turba & nepotum in conspectu eorū. Quid enim fel  
icitatis est parentibus si sic in filius genus exstinguitur. sicut paren  
tum sterilitate exstingui timebatur;

**D**omus eorum secure sunt ex paccate. & non est uirga dī sup illos. secu  
res & paccate qui paccantes uiuunt. lugenda agunt & gaudia n̄ relin  
quunt. Uirga eos superne discipline n̄ percussa. & tanto amplius in  
maloprosficiunt quanto minus ex culpa feriuntur;

**B**os eorum concepit & non abortit. uacca peperit & non est priuata  
foetu suo. Uulgaris locutionis usus ut bouem masculum & uaccā femi  
nam uocent. sed literaturę locutio bouē est communigenis appellat.  
Ut aut̄ tota simul ad eē impus demonstrat̄. eorum greges beatus  
iob. asserit concepisse & non abortis se peperisse & a fetu p̄prio n̄ eē priuatos;

**E**greduntur quasi greges paruulieorum & infantes eorum exultant  
lusibus suis; Ut sicut maiora ad abendum concessa sunt ita multi  
germinent ad custodiendum. Sed ne infantum lusum in domo

iniquorum uilem esse crederemus. subiugens ait;

**T**enent tympanum & cytharam & gaudent ad sonitum organi. Ac si patenter dicat. Cum dñi honoribus & reb; tument subiecti in ludibris actib; gaudent;

**D**ucunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. ecce beatorum uireorum gaudia narraueras. quomodo. quomodo nunc asseris qd in puncto ad inferna descendent. nisi qd omis longitudo uite presentis punctus esse cognoscitur cum fine terminatur;

**Q**uidixerunt dō recede a nobis. Dicunt enim peruersi recede a nob qui dō ad se prebere aditum recusant. eumque prauis actibus impugnant etiam si uerbis laudare uideantur. Dicunt etiam;

**S**cientiam uiarum tuarum nolimus. eo ipso utiq; quo eius scientia adprehendere contendunt. Aliud est enim necesse aliquid scire noluisse. Uiarum auē dī scientia omnium utique uirtutum notitia est per uersorū autem uerba subduntur cum dicitur;

**Q**uis est omps ut seruiamus ei. Plerumq; enim plus appetunt homines seruire hominibus quos corporaliter uident quā seruire dō quē nō uident. & q; in dō oculos corporis tendere nō poss; ei obsequia p̄bere despiciunt.

**E**t quid prodest uobis si orauerimus illū. cum illa nāq; quisq; postulat que fortasse dī tribuere recusat. Ipsa quoq; uenit in fastidio quia non uult qd amāc sed se magis dñs quā ea que condidit uult a mari;

**V**erum tamen quia non s̄ in manu eorū bona sua consilium impiorū longē a me. Bona in manu habet qui dissipanda temporalia sub domino mentis premit. Quid est autē iniquorum consilium nisi terrenam gloriam querere. Sed uis iustus esse bonum incomparabiliter uidet & hic ad breue tempus sub flagello gemere quā cōne ultionis sub plura tolerare;

**Q**uoties lucerna impiorum extinguitur. Qui enim gaudere de eternis non appetit. neque hic ubi solidari uult potest continuo letari iam quoties lucerna impiorum extinguitur;

**E**t super ueni & eis inundatio & dolores diuid & furoris sui. Inundatio im-  
pius sup uenit cum dolorum fluctus ex aliqua aduersitate patiunt. Bene  
au dicitur & dolores diuid & furoris sui. Quoniam eternos dolores impio  
per retributionem seruat. Aliquando ei mte ecia teporali dolore transuerberat quia  
5 q hic quoq. Et illic peccat furoris sui sup impiu dolores diuidit. **E**t sic palee ueni & sic  
faulla quam turbo disperg & quia quic hic mente desiderio puer so solidauer.  
ibi palee & faulla uidebunt quia eos ad etna suplicia turbo rapiens asportat;

**D**s seruabit filius illius dolorem patris. Quia in carne non nunqua filia  
ex patris peccato perimuntur. Delicta au originali peccato ex paren-  
tum nequitia in anima non tenentur. Et quia iniquorum oculos  
culpa cludit sed in extremum poena aperit. recte sequitur;

**E**t cum dederit tunc sci & Nescit enim impius mala que fecit nisi cum  
perisdem malis puniri iam ceperit in tormentis. unde sequitur;

**V**idebunt oculi eius interfectionem suam. & de furore omnipotentis  
5 biber &. Quasi in hac uita positus culpam suam uidere uoluit & de om-  
nipotentis post modum furore non biber &. Sed quia uero hic ocu-  
los a respectu criminis abscondit. Illic declinare non ual & sen-  
tentiam dampnationis. De cuius iniqui obduratione sequitur;

**Q**uid enim ad eum pertinet & de domo sua post se. aut si numerus mensiu  
9 eius dimidietur. Quia quamlib & in domo. quamlib & in uita percussione  
sentiat. nequaquam curat dum modo que cogitauerit expleat.  
Sed ne iam quisquam ultra quam deb & occulta di iudicia. hoc est  
cur ds intantam cecitatem cadere rationem mentis humane  
per miserit discutere presumat. recte sequitur;

**N**umquid dm quippiam docebit scientiam qui ex celsis iudicat  
omnipotens ds angelorum merita discernens in eterna luce  
sine lapsu permanere constituit alios sponte delapsos a sta-  
tu suae celsitudinis in eterna dampnationis prostrauit;

Hobiscum igitur iniuste nihil agit qui & sublimiorem nobis natu-  
ram iuste iudicabit. Iste moritur robustus et sanus diues & fe-  
lix. viscera eius plena sunt adipe & medullis. ossa illius intrigantur.  
A liis uero moritur in amaritudine anime sue absq; ullis opibus.

Ista cum ita sint. quis in tanta in omnipotentis dissecr&ō discutiā. cur  
hoc ita eē permittit. Sed electis & reprobis uita quidem dispar est;  
Carnis autem in morte corruptio dispar non est. Unde sequitur;

**E**t tamen simul in puluere dormient & uermes operient eos; Quid ergo  
mirum si <sup>ut aduersitate</sup> presentis seculi dissimiliter ad momentum cur-  
runt. qui per corruptionem carnis similiter ad terram redeunt.

Sed hoc solum cogitari debuit. quia sicut iniqui letitia transit  
ad poenam ita innocentis afflictio poenam transit ad letitiam;

**C**erte noui cogitationes uas & sententias uas contra me iniquas. Dicitis  
enim. ubi est domus principis & ubi taber nacula impiorū; Impium enim  
crediderunt. quem a letis rebus temporaliter destructum uidebāt;

Sed sc̄ uir tanto eos alta consideratione diiudicat quanto inter  
dampna que pertulerat infracta rectitudine stabat;

**I**nterrogate quēlib& de uatoribus. & hec eadem illū intellegere cog-  
nosceris. Uator quippe dicitur qui presentē uitā uā sibi & in patria attendit.

**Q**uia in diem perditionis seruatur malus & ad diem furoris adducitur;

Igitur quia malus ad diem perditionis seruatur. & ad diem furoris ad-  
ducitur hoc non nisi qui est uator intellegitur. quō qui cor in presen-  
tibus fixit. que iniquum sequantur sub pluita non deprehendit;

**Q**uis arguit corā eo uas eius. Nunc sc̄ iob ad omnium iniquorū caput an-  
taxp̄m conuertit dicens. Quis arguit corā eo uas eius; Quis enim nisi d̄s  
cuius potestate electi hoc est enoch & elias ut ei resistere ualeant  
fulcunt. At aū coram. quisquis enim presentie resistit coram eo uā  
eius argu&. cuius uires & conspiciat & contempnit; uel certe uiam.



arguere est prosperitatem cui susceus eternos subplitto interue-  
niente sicut scriptum est. qm̄ dñs ihs̄ interfici & eum & ret

**E**t que fecit quis redd& ei. Quis nimirum nisi dñs quis solus illo perditio  
homini qui fecit redd&. Dum potestatem ei tam ualidam per aduen-  
tum suum eterna dampnatione contriuerit. De quo sequitur;

**I**pse ad sepulchra ducitur. Iniquus ergo ad sepulchra ducetur quia in  
prauorū cordib; recipietur. qm̄ solieū suscipiunt in quib; mortue ad anime reperiunt;

**E**t in congerie mortuorum uigilabit. Recte autē multitudo malorum conge-  
ries mortuorū designatur. quia lata uia que ducit ad perditionem sa-  
tanę. Itaque in congerie mortuorum uigilare est. in reproborum  
cordibus malitię suę astutias exercere;

**D**ulcis fuit glareis cocyti. Sapientes huius seti cocytum fluum eē  
apud inferos putauer; Sed nos cognoscimus uoce beati iob. cociton  
grece dictum. luctum infirmancium dici; Utique qui uiriliter agere  
rennuunt. Glareas lapides illos fluminum appellare consueuimus  
quos aqua defluens trahit; Qui lapides eos designant qui suis uoluptatibus  
dediti quasi sēp a flumine ad ima trahunt. quia suis cotidie lapsib; ad luctū ten-  
dunt ut in eternū p̄ lugeant. Dulcis autē ait. quia ad quanta uitiorū genera quos  
lib& antiquus ofus per trahit. quasi tot suę dulcedinis potus p̄pinat;

Bene autē dicit. Dulcis fuit glareis cocyti. q̄ amarus electis & suauis ē reprobis;

**E**t post se omnem hominem trahit. & ante innumerabiles. Quia autē plus est  
omnem hominem quā innumerabiles trahere. Cur prius d̄r quia omnem  
trahit. & post augmento innumerabiles subiciuntur; Ratio namq; expe-  
dit. ut prius qd̄ minus est. & postea qd̄ plus est in augmento diceret; Sed  
sciendum qd̄ hoc loco plus fuit innumerabiles dixisse quā om̄s; Post se enī  
omnem hominem trahit. quia in tribus annis & dimidio om̄s quos in stu-  
dio uite carnalis inuenit iugo suę dominationis adstringit. Ante se  
autē innumerabiles traxit. quia p̄ quinq; milia & adhuc amplius annos.

eorum curricula quamuis carnales om̄s trahere non potuit. Multo  
men plures sunt intam longo tempore hi quos antese innumerabiles  
rapit. quā om̄s quas intam breui tēpore rapiendos inuenerit. Iunt  
min̄ tulit cū om̄s tulerit. & nunc amplius diripit cum corda omniū n̄ uadit;

**Q**uomodo igitur consolamini me frustra: cum responsio ur̄a repugna  
re ostensa est ueritati. Amici beati iob cum consolari n̄ poterant  
iniquē suis sermonibus ueritati contraibant. Cumq; hunc ypo  
critam uel impiū dicerent. p̄ hoc qd̄ ipsi mentientes p̄petrabant culpā  
augebant p̄culdubio poenā iusti uulnerib; afflicti. *Huc usq; beati iob. Incipit lib. xvi.*

**R**espondens eliphaz themanites dixit. Numquid dō comparari potest  
homo etiam cū p̄fecte fuerit scientiæ; Incomparatione & enī di scientiā  
ignorantia est. ex di namque participatione sapimus. non comparatione  
qui adhuc di potentiam quasi defendendo subiunxit dicens;

**A**ut quidei prodest si iustus fueris. aut quidei confessi immaculata fue  
rit uita tua. In omni quippe qd̄ bene agimus nos metipsos non auctm̄  
inuocamus. sed adhuc eliphaz adiunxit qd̄ nullus ignorat dicens;

**N**umquid timens te arguē. & ueniē tecū in iudicium. quis hec uel dispi  
ciens sentiat qd̄ dñs ex timore nos arguat. & ex metu contra suū iudiciū  
p̄ponat. sed eliphaz qui odiosa intulit. statim adnoxia prupit dicens:

**E**t non propter malitiam tuā plurimam. & infinitas iniquitates tuas;  
Iusti sunt iā casus culpe crescentis. ut lingua cum non restringitur.  
nequaquā ubi ceciderit iaceat. sed semper ad deteriora descendat;  
Iam nunc eliphaz uerba quomodo hereticis congruant demonstremus;

**A**bstulisti enim pignus fr̄m tuorū sine causa. Quasi sub hereticorū specie  
ad ecclesiam per eliphaz dicatur; Abstulisti pignus fratrum tuorum id  
ab his. qui ex nobis ad te ueniunt. inutiliter confessionē erroris exegis  
ti. Siue heretici scām eccliam fratrum suorum pignū dicunt. hoc ē dona sc̄i sp̄s ab  
stulisse. quia eos qui ad illā ueniunt dona spiritalia suspiciant amittere;

**E**t nudos expoliasti uestibus cum ex his quos heretici docent quidam ad scām  
ecclām redeunt. Protinus doctrine uestimenta pdidisse suspicantur;  
**A**quam lassō nondedisti & esurienti subtraxisti panem. Tunc se heretici  
a aquā lassō dare existimant cum quibusdam sub terrena fasce laborantib;  
sui poculum erroris prebent & panem esurientibus non subtraxisse pu-  
tant. quia etiam de inuisilibus requisiti cū supbia audacia respondent;  
**I**n fortitudine brachii tui possidebas terram & potentissimus optinebas eā.  
Ac sipatenter dicat quod in predicatione tua terram uniuersaliter oc-  
cupasti. potentia fortitudinis non ratio ueritatis fuit;  
**V**iduas dimisisti uacuas. cum scā ecclā ipsas errorum predicatorum rationes  
uictos ad se suscipit. & remanere apud se plebes sine predicatorib; heretici  
uident. quid aliud a scā ecclā quam uiduas uacuas relictas dolent;  
claceros pupillorum comminuisti. Sub tractis enim hereticorum magis-  
tris eorum discipulos in suo opere infirmari suspicantur; unde clacer-  
tos pupillorum comminutos ab ecclā esse conquiruntur;  
**P**ropterea circum datus es lanceis. & conturbat te formido subita.  
Quia ergo heretici fidelem populū culpa perfidiæ oppressum credunt;  
Circum datū lanceis accusant. & quia existimant qd futura non preuide-  
at in percussione sua hunc subita formidine conturbandum putant;  
**E**t putas te tenebras non uisurum. & impetu aquarū inundantium non  
pressurū ac sipatenter dicat; Numquā te opprimi tribulationib; ex-  
istimasti. sed an sint recta que tenes. ipsa que te opprimunt tribula-  
tionū tenebrę ostendunt. quas uidelicet & tribulationes eliphaz aquis  
inundantibus comparat. quia dum alie super alias inruunt quasi  
unde undas sequuntur;  
**A**n cogitas qd d̄s excelsior sit celo. & sup stellarum uertices sublimetur  
& dicis. quid enim nouit d̄s. & quasi p caliginem iudicat iubes latibu-  
lum eius. nec nrā considerat. & circa cardines caeli perambulat;

8

Heretici qui se solos sapientes arbitrantur. uerba contra catholicos in  
 risionis proferunt. atque ab eis illum non timere suspicantur. quia quasi  
 propterea sensus auctorem suum existimant. quia excelsior celo est  
 & super uertices stellarum sublimatur. ex longinquo uidere non possunt.

**E**t quia quasi inter nos & illum partes aereae inter sint quasi innube  
 latens per caliginem iudicant. et dum celi cardines ambiendo constri  
 git interiora non uideat. sed quis de deo ista uel insipienter suspicetur;

**N**um quid semitam populorum custodire cupis quam calcauerunt uiri  
 iniqui. sicut semita nostri redemptoris humilitas. Ita uia seculorum su  
 pbia designatur quam semitam ita uiri iniqui calcant cum phuuus ui  
 te desideria in elatione perambulant. De quibus sequitur;

**Q**ui sublatis sunt ante tempus suum. Cum eos enim qui presentem uitam dili  
 gunt mors super ueniens a presenti uita subtrahit. Eorum uita spacia  
 non quidem praedistinauit sed quae sibi longiora quasi incogitati  
 one tendere consueuerant intercidit. De quibus recte sequitur;

**E**t fluuius subuertit fundamentum eorum. id est ipse cursus muta  
 bilitatis statum in eis subruit. per uerse constructionis;

**Q**ui dicebant deo recede a nobis. hec etiam beatum iob dixisse quis  
 ambigat. & quae in eius dictis exposuimus replicare de uitemus;

**E**t quasi nihil possit facere omnipotens estimabat eum quod per sanctum iob dictum est.  
 quidem omnipotens ut seruauerit. hoc peliphaz dicit. & quasi nihil possit facere omnipotens estimabat eum.

**C**um ille implessit domos eorum bonis. Malorum domos dominus bonis imple  
 quia etiam ingratis sua dona non denegat. ut duriora tunc eos sub  
 plitia puniant quorum adhuc malitiam nec dona uicerunt;

**Q**uorum sententia longe sit a me. Supra dixit sanctus iob. quorum consili  
 um longe sint. Dum ergo eliphaz longe se a malorum sententia beatus  
 uero iob consilio optauit. constat quia iste malorum uerbis. Ille uero etiam cogitationi  
 desiderat esse dissimilis quia sententia in ore est. Consilium in cogitatione.

**V**idebunt iusti et letabuntur. et innocens subsannabit eos; Tunc iusti uidebunt iniquorum interitum et letabuntur. cum illo extremo examine illorum dampnationem conspiciunt. & de se quod metuant non habebunt. Nunc autem reprobos aspiciunt. et gemunt tunc conspicient et subsannabunt;

**N**onne succisa est erectio eorum. Tunc succiditur erectio cum uel a presenti uita ad interitum uel a conspectu eterni iudicis ad eternam gehennam pertrahuntur;

**E**t reliquias eorum ignis deuorabit. Quia enim nec hoc eis a tormento liberum quod hic mortuum relinquunt. Recte dicitur reliquias eorum deuorabit ignis;

**A**dquiesce igitur ei & habeto pacem. & per hec habebis fructus optimos tunc heretici catholicos putant deo adquiescere si illos contigerit eorum peruersitatibus consentire. Et adquiescentibus pacem permittunt. quia contra eos qui sibi consentiunt iam iugari desistunt. Quibus optimos fructus pollicentur quod eos bona opera agere existimant quos ad sua dogmata trahunt. Quibus hoc congruit quod sequitur;

**S**uscipe ex ore illius legem. Quia ea que ipsi faciunt ex ore dei procedere heretici suspicant. Et pone sermones meos in corde tuo. ac sicut quod nunc usque in ore & in corde tenuisti;

**S**i reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis. ac sicut heretici. Qui in suis dogmatibus resistendo ad deum recessisti. idcirco a iusticie edificatione destructus es;

**E**t longe faciet iniquitatem a tabernaculo tuo. Iniquitas in tabernaculo mentis est peruersa intentio in studio cogitationis. Iniquitas autem in tabernaculo corporis est perplectio operis actio carnalis. Quasi ergo dicat. Quisquis ad deum posterratum reuertitur in cogitatione simul mundatur & opere;

**D**abit pro terra silicem. & pro silice torrentes aureos. Omnis deus ad se conuersus pro terra dat silicem. quia infirma actione fortitudinem tribuit robus operis. dat etiam pro silice torrentes aureos quia pro robusto opere doctrinam multiplicat clare predicationis;

**E**ritque omnipotens contra hostes tuos & argentum coaceruabitur tibi. ac si a te dicat. Dum malignus spiritus dominus a te sua uirtute repulerit diuini intus eloqui talentum lucidum exerescit;

**T**unc super omnipotentem dilucis affluet. Super omnipotentem dilucis affluere est in amore illius scripture sacre epulis saciari;

**E**t eleuabis ad dnm faciem tuam. ad dnm faciem leuare est corda sublia inuestigando at tollere.

**R**ogabis eum & exaudiet te. Rogant quippe dnm sed exaudiri non merentur qui iubentis dmi preceptum contempnunt. Quamdiu ergo eliphaz beatum iob non exaudiri credidit huc in suo opere errasse iudicauit;

**E**t uota tua reddes. qui uota uouit sed hec pre infirmitate reddere non ualeat & ex peccati poena agit ut uolenti bonum id non posse subtrahatur;

**D**ecernis rem & ueni & tibi. Si dicitur hec eliphaz de bonis spiritalibus intulit sciendum quod res decernitur & uenit. Cum uir tuus que ex desiderio appetitur. largiente dno etiam effectu properatur;

**E**t in uis tuis splendet lumen. In uis quippe iustorum lumen splendere est per mira opera uirtutum signa super caritatis aspergere.

**Q**ui enim humiliatus fuerit exaltabitur in gloria. ut est. omnis qui se exaltat humiliabitur. & qui se humiliat exaltabitur.

**E**t qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Oculos ergo inclinare est nullu respiciendo despiceret sed se minore cunctis quos aspicit estimare;

**S**aluabitur innocens. Saluabitur au munditia manuum suarum illum in extremo examine iudicia eter ni iudicis saluant. que hic eius pietas ab inmundis operibus liberauit;

**HNC USQUE ELI PHAZ**

**R**espondens beatus iob dicit. Nunc quoq; in amaritudine sermone & manus plage mee ad grauata e sup gemitu meu. Quia eni eliphaz respondere conuerso meliora non timuit quasi ex noxio medicamento uulnus creu quia uidelicet inordinate consolationis intentio percussione qua minueret debuit multiplicauit. Siue spiritalit intellegendum quod ait. Nunc quoq; ut a pe te monstretur quia electoru mens sine amaritudine.

et in prosperitate non fuerit. Bene autem dicitur & manus plagam meam &c.  
Quia autem iustum quemque in hac uita aduersitas non letum perculit sed  
in eo dolorem uulneris multiplicauit. Quia primam percus-  
sionem suam considerauit. quia a conditoris uel diuisione diuisus;

Quis mihi tribuat ut cognoscam & uideam illum. Quia electi omnes eum  
quos fide cognouerunt uidere quoque per speciem anhelant;

**E**t ueniam usque ad solium eius. Quia ergo usque ad solium eius uenire uult  
quid aliud quam inter esse angelicis spiritibus concupiscit;

**P**onam coram deo iudicium. coram deo iudicium ponere est intra secretum  
mentis per fidei contemplationem ad extremum examen maiesta-  
tis illius oculos nostros aperire. Unde sequitur;

**E**t os meum replebo increpationibus. Quia enim sibi in conspectu  
dei iudicium ponit os increpationibus replet. Quidum subtile  
examen tremendi cetera se iudicis contemplata amara se penitentiae in uocatione sequi;

**V**t sciam uerba que mihi respondeam & intellegam quid loquat mihi.  
Quia dum culpas nostras pensare negligimus. que eorum reprehen-  
sio in iudicio sequatur ignoramus. *diuisus prematur*

**N**olo multa fortitudine contendat mecum nec magnitudinis sue mole pre-  
mat. Mens enim iusti si ab omnipotenti deo districte iudicatur mole magnitu-

**P**roponat equitatem contra me et peruenit ad uictorium iudicium  
meum. id est ad arguendas uias meas incarnatum filium suum mittat & tunc  
aduersante aduersarium per absolutionis mee iudicium uictor exclu-  
dam. Nunc autem mox subditur. per quod diuitas filii demonstratur;

**S**udorantem iero non apparat & si occidente non intellegam eum;

**E**t si ad sinistram quidam non adprehendam eum. Et si me uel tam ad  
dexteram non uidebo eum; Creator quippe omnium in parte non est  
quod ubi est. In circulo scriptus namque spiritus omnia in se metipsum habet & quod implendo  
circumdat. Et circumdando implendo & sustinendo transcendit & transcendendo sustinet;

**I**psē scit uero uitam meam. ac sic dicat. Uidere non ualeo uidentē me.  
 Neūquime subtilit̄ intuet̄. Intueri non possū. Ipse aut̄ quia illū uiderē ualeo  
**E**t probauit me quasi aurum qđ pignem transit. *(uide & subtiliter que ego.)*  
 Minus ergo de se existimauit ipse quā erat. Dum de tribulationi tradi-  
 tus purgari se credidit qui purgandi aliquid in se non habebat;  
**V**estigia eius secutus est per m̄s. Quid aliud quam gressuum eius ues-  
**V**tigia sequimur cum nos extrema quedam eius operationis imitamur.  
 uiam eius custodiui & non declinaui ex ea. Custodire uiam eius est  
 per intentionem non declinare. per operationem;  
**A** mandatis labiorum eius non recessi. quia per scripturam loquitur d̄s  
 omne quod uult tanto a uoluntate eius iusti non discrepant quan-  
 to eandem uoluntatem illius in ea cognoscunt;  
**E**t in sinu meo abscondi uerba oris ei. In sinu enim cordis uerba oris eius.  
 abscondimus. quando mandata ei non transitoria sed implendo opere audimus;  
**I**psē enim solus est. aliud est mortaliter. & aliud immortaliter eē. Unde uir-  
 tes suppressis om̄ib; intuet̄ unum cuius essentia cōparatione eē nr̄m non esse;  
**E**t nemo a uertere potest cogitationem ei. Quia uidelicet ipsa eius iudi-  
 cia nequaquam mutari possunt. Cuius cum exterius mutari uide-  
 tur sententia interius consilium mutatur. Unde sequitur  
**E**t anima eius qđcumq; uoluit hoc fecit. Ipse uis d̄i quia om̄a penetrat &  
 om̄ia disponat. anima apellat̄. Sic itaq; anima ei qđcumq; uoluit hoc  
 fecit. ut inde quoq; uoluntatem suam impleat unde uoluntati illius repugnare  
**C**um expleuit in me uoluntatem suā. & alia multa similia *(uidebat̄.)*  
 presto sunt ei. ac si aperire dicat. Perpendo que patior. sed adhuc formi-  
 do que pati possū. expl̄ enim in me uoluntatem suam quia multis  
 percussionibus affligit sed multa similia presto sunt ei. Quia  
**E** si ferire cogitat adhuc inuenitur ubi plaga crescat.  
**E**t idcirco a facie eius turbatus sum. Bene aut̄ a facie d̄ni turbatur qui se-



reddendis rationibus conspiciet idoneum non esse si districte iudicetur;

**E**t considerans eum timore sollicito. Diuinae animaduersionis uim cum minime quisque considerat minime formidat. sed tanti timoris pondus quod in semetipso habuit. scilicet iob innotescit cum dicit.

**D**ñs molliuit cor meum & omnipotens conturbauit me. ex diuino munere cor iusti nullatenus dicitur quia superni iudicii timore penetrantur. Non autem secunda sed per turbata sunt corda iustorum. Quia dum futuri examinis pondus considerant. quietem hic habere non appetunt.

Non enim perit propter imminentes tenebras. nec faciem meam operuit caligo; Quia enim diuine formidit pondus aspexit. eius cordis faciem caligo peccati non operuit. Sepe enim iustorum corda sub arte cogitationes polluunt. Sed cum cecius manus sanctae discretionis abungitur. festine a se agit. nec cordis faciem caligo peccati operiat. que hanc iam ex illicita delectatione tangebatur.

**A** bonnipotente non sunt abscondita tempora quia autem nouerunt eum ignorant dies illius. Quia ipse quidem natura comprehensibiliter conspiciet. Nos autem que eius sunt comprehendere nullatenus ualimus. Sed cur autem qui nouerunt eum ignorant dies eius. Neque enim aliud ipse atque aliud dies eius sunt. Dñs namque hoc est quod habet. Non est ergo in eo aliud esse. & aliud habere. Quid est itaque dicere qui nouerunt eum dies eius ignorant. nisi quia & qui cognoscunt adhuc nesciunt. Nam qui eum iam fide tenent adhuc per speciem ignorant;

Qui ergo nouerunt ignorant dies illius quia & secundum per fidem nouimus. qualiter tamen sit eius eternitas sine preterito ante secula sine futuro post secula sine mora longa sine preteritione perpetua uidemus. De hereticis sequitur;

**A**lii terminos transfulerunt. Diripuerunt greges & pauperes eos. heretici terminos transferunt quia constitutiones patrum preuacando transcendunt. Qui greges diripiunt & pasunt quia in preteritos quosque per uersas persuasionibus trahunt. & doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt.

**A** sinum pupillorum abierunt. quid hoc loco pupillos dicimus. nisi electos dei;

Sunt plerique in ecclia qui quamuis agere spiritalia nequeant ad summam  
tendentibus libenter subsidia ministrant. A quibus cum heretici quemlibet  
talem a scilicet ecclie gremio auertunt. quasi pupillorum asinum abigunt;

**E**t abstulerunt pro pignore bouem uidue. Uidua bouem heretici trahunt cum  
desca ecclia: etiam predicantem tollunt. ubi recte adiungitur pro pigno  
re pignus namque cum tollitur aliquid quidem est quod tenetur secta  
men adhuc aliud queritur. Bos ergo uidue tollitur. quando id circo  
ipse qui predicat tollitur. ut alii sequantur;

**S**ubuerterunt pauperem uiam. & oppresserunt pariter mansuetos terre. Non  
nunquam etiam hi qui mansueti atque humiles uidentur. si seruare discretionem  
nesciunt. exemplis aliorum phetias cadunt. De quibus hereticis adhuc subditur

**A**lii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum. Onager agrestis  
asinus est. & recte onagris comparantur heretici. quia in suis uoluntatibus  
dimissi a uinculis sunt fidei. & rationis alieni. De quibus ait. egrediuntur  
ad opus suum. Non enim di sed suum opus peragunt. De quibus dicitur.

**V**igilantes que ad predam preparant panem liberis suis. ad predam uigilant  
quia uerba iustorum ad sensum proprium rapiunt ut per hec per  
uersis filius panem erroris parent;

**A**grum suum demetunt & uinea mei quem ui oppresserint uindemiant  
quia utique heretici ab agro scilicet scripture sententias longe a suis sensibus tol  
lunt. Que uinea quoque appellacione exprimitur. cuius uinea domum  
id est scripture sacre conditorem quasi ui opprimunt. quia eius sensum in uer  
ba sui sensus inflectunt. qui & eandem uinea uindemiant quia ex ea sen  
tenciarum botros profusus intellegentiae intentione coaceruant;

**N**udos dimitunt homines indumenta tollentes. heretici & enim cum ini  
quorum in mentibus bona opera destruunt. Nimirum uel animam  
dumentorum tollunt unde sequitur.

**Q**uibus non est operimentum. Operimentum quippe ad iustitiam pertinet &

frigus ad culpam. Quia sunt nonnulli quibusdam rebus recta opera secun-  
tur. In quibus uero peccata faciunt. Qui ergo talis est quid aliud nisi in frigore  
uestitus alg& & tegitur. Sed cum heretici bona opera talibus sub-  
trahunt agunt ne in frigore habeant quo uestiantur.  
Ut uidelicet solum culpe frigus interimat quos calor alte-  
rius operis ex parte aliqua tegebat.

**Q**uos imbres motuum rigant. & non habentes uelamen amplexantur.  
Lapides. hos autem imbres motuum rigant quos sanctorum doctrine fluentia  
faciant. Uelamen autem boni operis tegmen. Lapidum autem nomine uiros  
fortes intra sanctam ecclesiam accipimus. Qui ergo nullo suo opere confidunt.  
ad sanctorum martirum protectionem currunt. & premereri ueniam eis  
intercedentibus deprecantur. Qui ergo isti in hac humilitate faciunt  
nisi quia bone actionis uelamen non habent lapides amplexantur.

**U**im fecerunt depredantes pupillos. hoc sunt heretici contra infirmas  
fidelium mentes uerborum & operum uolentia crassantur.

**E**t uulgum pauperum spoliauerunt. heretici autem uulgum pauperum spoliunt.  
quid uero doctos non ualent. Indoctos quosque a uelamine fidei predicatione pestifera denudant.

**N**udis & incedentibus absque uestimento & esurientibus tollunt spicas. Quia  
utique heretici siue eis qui ociosi sunt & in nullis se bonis exercent siue  
periter in prudentia absque uelamine boni operis pergunt. etiam si quan-  
do pabulum uerbi concupiscunt esurientibus spicas tollunt  
quia in eorum mente perniciose persuasione patrum senten-  
tias destruunt. a quibus tegmen litterarum quasi aristarum pale-  
as subtrahimus ut medulla spiritus reficiamus.

**I**nter acruos eorum meridiati sunt qui calcatis torcularibus sicut  
omnes qui sanctam ecclesiam persequuntur. iam torcular calcant ut animarum  
botri in spiritale uinum defluant. quia carne corruptibili exiit ad  
regna celestia uelut in apotecam currunt. Bene autem de hereticis dicitur.

Inter acetuos eorum meridiati sunt. qui calcatis torcularibus stant  
quia eorum multitudinem adiungunt. quos iam uident graua  
agere & adhuc stare grauiora. quorum feruor dum eorum  
desideria satiat in eorum actibus quasi meridie quiescunt.

**D**ecurritatibus fecerunt uiros gemere. Nam heretici qui peruersis sepe  
huius mundi potentibus adherentes bonorum socialem uitam perse-  
cuntur. Recte dicitur fecerunt uiros gemere. quos recte beatus iob me-  
morat uiros. quia illos magis heretici ambiunt extinguere. qui prius  
di non eneruiter sed uiribus currunt. Quicquid uulnus perfidie ingeri impar-  
uulorum fidelium mente conspiciunt sepe ad clamorem & gemitum redeunt unde sequitur.

**E**t anima uulneratorum clamabit. & deus inultum a peccatore non patitur. Uulnera-  
tur quippe anima iustorum confidens turbat infirmorum quibus iam hoc  
ipsum clamare est. de alieno lapsu tabescere. Sed & deus inultum a peccatore  
non patitur. qui ut iustum quod fieri iniustum permisit.

**I**psi fuerunt rebelles luminis. Luminis enim rebelles sunt. quia sua deside-  
ria sequendo bonum despiciunt. quod nouerunt. De quibus sequitur;  
Nescierunt uias eius. Qui enim prius sciendo rebelles sunt pro modo cecum ac nesciunt.

**N**ec reuersi sunt per semitas illius. Angustior est quippe semita  
quam uia. quia autem bona manifestiora agere contempnunt  
nequaquam ad subtiliora intellegendum perueniunt.

**M**ane primo consurgit homicida & interficit egenum & pauperem.  
per noctem uero erit quasi fur. In nocte quippe tribulationis atque  
deiectionis sue. & si exercere crudelitatem non ualeat eis tamen quos  
preualere conspiciat consilia peruersitatis prebet. Qui ergo contra egen-  
num & pauperem mane homicida est. per noctem quasi fur abscondit.  
quia peruersus quisque. qui in prosperitate uite presentis humilium ui-  
tam deprimat. in aduersitate positus proinquitur consilia ledit;

**O**culus adulteri obseruat caliginem dicens. non me uidebit oculus.

Adulter quippe in carnali coitu non prolem sed uoluntatem querit. & peruersus quisq; uanę glę seruiens nondō filios gignere sed suam scientiam desiderat ostentare. unde sequitur. non me uidebit oculus. Adulteriū quod in mente agitur. ualde est difficile ut ab humano uisu penetratur

**E**t operi & uultum suum. Uultus cordis humani est similitudo dī. idcirco autem adulter faciem suam operit nec cognoscatur. quia ad hoc peruersitate dogmatis uel operis tendit. ut adō in iudicio recognosci non possit. Unde in fine dicitur est non noui uos.

**P**erforat in tenebris domus. sicut in die condixerant sibi. & ignorauerunt lucem. Siue autē heretici. siue peruersi. qui libet in tenebris domus perforant. quia bonorum mentes ex ipsa eorum corrumpere aduersitate muliuntur. Bene autē dicitur sicut in die condixerant sibi. quicum iustos conspicerent prosperitatis luce claruisse. quō loqui non poterant ad maligna contra eos solummodo consilia uacabant;

**S**i subito aparuerit auroso arbitrantur umbram mortis. Aurora quippe mens iusti est que peccati sui tenebras deserens ad lucem iam eternitatis erumpit. Quo ergo iustus iusticię luce irradians in presenti uita honoribus sublimatur. eo ante peruersorum oculos tenebrę mortis fiunt. quia per iustos corrigi per timescunt.

**E**t sic in tenebris quasi in luce ambulant. quia utiq; ita gaudent in nocte peccati. ac si eos lux iusticię circumfundat. siue sic in presenti cęcitatem leti sunt. ac si iam eterne patrię luce perfruantur;

**L**euis est super faciem aque. a plurali numero ad singularem redit. quia ad illud crebro redit sententia qui auctor existit in culpa. Iniqui igitur mens plusquam aque superficies leuis est quia quolibet hanc auram temptationis attingerit. sine tarditate aliqua rectitudinis trahit;

**M**aledicta pars eius in terra. Quia si ad tempus benedicitur in reatu tamen maledictionis tenetur;

**N**ec ambulat per uiam uinearum. Ille iam per uiam uinearum ambulat qui se  
recte predicatione pensans neq. a fidei nec a bonorum actuum rectitudine declinat

**A**d nimium calorem transeat ab aquis niuium. Ac siccat. Qui humiliter  
sub discipline uinculo non restringitur ab infidelitate peruersi operis  
per inmoderatam sapientiam in errorem labatur.

**E**t usque ad inferos peccatum illius. Peccatum enim usque ad inferos ducitur  
dum ante finem uite presentis penitentiam non emendatur.

**O**bluiscatur eius misericordia dei. misericordia dei eius obluisci  
dicitur qui dei iustitiam fuerit oblitus

**D**ulce illius uermis peruersae mentis dulcedo uermis est. quia curascti  
indelectabiliter pascitur unde per inquietudinem incessanter agit.  
Sive aliter quia caro putredo ac uermis est. Quisquis carnalibus deside  
ris delectatur. quid aliud quam uermem ac putredinem amat. Quisquis inde  
siderio carnalis corruptionis exestuat. ad foetorem putredinis anhelat.

**EXPLICIT LIBER SEXTUS DECIMUS. INCIPIT SEPTIMUS DECIMUS**

**N**on sit in recordatione. uerbis precedentibus uir se iniqui cuiuslibet  
culpas protulit de cuius poena nunc subiecit dicens. Non sit in recordatione.  
In recordatione meritorum non reductur. quisquis usque ad finem uite ui  
cus subplantat. Deus enim qui obluisci non potest. quo peccatore recordari potest.

Uir autem ad culpam peruersi recurrit. quo usque ei damnatio iusta credatur dicens.

**P**autem sterilem quem non parit & uidue bene non fecit. Sterilis caro ani  
manam uidua est. Iniquus ergo sterilem pascit. & uidue bene facere  
neglegit. quia carnis desideris seruiens curam anime uitaeq. contemnit.  
que recte uidua nuncupatur. quia ei uir per amorem protulit. Caro autem  
non solum sterilis sed etiam quem non parit dicit. quia suo sensu bonas cogita  
tiones gignere nec in ultimis ualeat. Sive predicator erroris dum plebem erra  
ticam docet iam sterilem. & quod spirituales fructus non reddat. pascere dicit.  
Uidua autem id se esse ecclesiam cuius uir per amorem est deseruire contempnit.

**D**etraxit fortes infortitudine sua. Nam predicator erroris  
potentes mundi per sui erroris astutiam sine labore detrahunt;

**E**t cum steterit non credit uitae suae. Stat in hoc mundo per uersus quisque  
predicator quo usque terreno uiuit incorpore. sed uite suae credere  
non rennuit. quia de deo uera cognoscere contempnit. Si uero stat & uitae suae non  
credit. peccator quae rectas quae per fidei deo deditore intellegit si fidei opera tenere contempnit.

**D**edit eis locum penitentiae. & ille ab utitur eo in superbia. ut scilicet & longio  
ra uitae tempora. aut conuersio fiat adiutorium muneris. aut non con  
uersio augmentum dampnationis. quia sola <sup>uoluntate sola</sup> cernere nititur  
quae sibi ad commodum tempore suffragentur.

**O**culi autem eius sunt in uisus eius. Considerare namque peccator negligit uias  
redemptoris. & ideo in suis itineribus sine cessatione ueterescit.

**E**leuati sunt ad modicum & non subsistent. Iniqui enim eo ipso quo uide  
ri appetunt a uera dei essentia longe per relationem subsistent. Subsist  
tere enim nequeunt. quia ab eterne essentiae soliditate diuiduntur.

**E**t humiliabuntur sicut omnia & auferentur. Omnia pro seculo terrena  
ac si a per te dicat. Stare ullomodo nequeunt quia ipsa quoque fugiunt.  
quibus inuitant. Dumque temporalia diligunt. cum eis extemporis uolubilitate percurrunt.

**E**t sicut spicarum summitates conterentur. Spicarum quippe summitates  
aristae sunt; Aristae autem conuincte in spicam perdeunt. sed crescendo paula  
tim a se rigide disiunguntur. Sic nimirum ad uisus mundi gloriam prau  
diuiter surgunt. & contra se uicissim crescendo diuidunt. Quidam contra  
se superbiunt. bonorum uitam unanimiter affligunt & concorditer grana  
deorsum premunt. Sed cum aristae franguntur granorum iniquis in  
eterna supplicia cadentibus sanctorum iustitia condebit candor ostenditur.

**Q**uod si non ita est quis me potest arguere esse mentitum & penetrare antedum  
uerba mea. ac si a per te dicat. Ita sunt cuncta ut ptuli. quae tam si non  
ita essent a uobis redargui nequaquam possem. quia dum adhuc propriae

succumbitis alienam reprehendere fallaciam non ualeatis. Aperte uero subdit.  
Et ponere antedim uerba mea. ac sicut. Idcirco que loquor ponere ante  
iudicem non ualeatis. quia ei uobis faciem peccantes absconditis. Sed quia  
seruit multa contra eos ptulit qui fugitiua potestate supbiunt;

Baldad suites ex eius correptione proficiens apud que uera sit potentia  
agnoscat dicens; **HUC VSQVE IOB**

**N**unc baldad suites dixit. potestas & terror apud eum est. qui facit con  
cordiam in sublimibus suis. idem solamortalium corda terra ueraciter  
quia hec ex diuinitatis sue potentia ueraciter possidet. Recte autem dicit  
qui facit concordiam in sublimibus suis. quia multa sibi in inferis  
dissidunt. sed ad concordem plenitudinem currunt. Nam bonos  
omnes deus ad meritum peruenit. cum extra eorum uitam malos seruire permit  
tat. atque inde in celestibus electos suos angelorum choris sociat. un  
de terrenis & inferis reproborum mores suis nutibus aduersantes portant;

**N**umquid est numerus militum eius. Super non numerum numerus infinitus  
& definitus exprimitur. ut qui deo est numerabilis esse nobis innumera  
bilis demonstratur. Angelici uero spiritus recte diuinitatis milites dicti sunt quia de ueritate  
re eius contra potestates aereas iam non labore si in penodi adiuuante ignorant;

**E**t super quem con surgit fulgur & lumen eius. Lumen quippe diuinitatis gratia per  
ueniens quasi in corde dei. Nequaquam gratuitum surget & si profecto  
mens nostra in peccatorum tenebris obscurata remanet &.

**N**umquid iustificari potest homo comparatus deo aut a parere mundi  
natus de muliere. Idem & si ipsa sua conditione homo persistet & crea  
tori non possit equari creatura. Cur tam ad grauiora defectus pondera  
accessit & culpa quam serpens insidians intulit quam mulieri infir  
mitate persuasit. Unde adiecit. natus de muliere id consideret & unde  
huc uenit intelligat quid ipse sit. ne contra auctorem suum superbiat;

**E**cce etiam luna non splendens & stelle non sunt mundo in conspectu eius;



⁊ filius uero hominis uermis uocat. Primus homo putredo  
Quia nec sc̄a eccl̄a uirtute propria tot miraculis emicat. nisi hanc  
preuentis gratie dona pfundant. nec singulorū beneuencū  
mentes a peccatorum maculis munda s̄ si remota pietate iudicent;

**Q**uanto magis homo putredo. & filius hominis uermis. Ac si diceret.  
Si peccato liberi eē nequeunt quin celestibus desideris conuersant  
quanto magis qui peccatorū pondera tolerant. qui adhuc putredinis iu  
gum portant. Sicut ergo ex homine filius hominis. Ita ex putredine nascit  
uermis. Unde recte homo putredo non uermis. quia & si morte putredine  
ex putredine p̄natiuitate uenit. Quia autē filius hominis uermis dicitur  
quia ex mortalium corporum corruptione propagatur

**N**unc beatus iob respondit. Cuius adiutores numquid in bellis & sustentas  
brachium eius qui non est fortis. Ac si aperte dicat. Dum eū  
uiuare niteris sub cuius magnitudine succumbis. Omne qd̄ impe  
dis solatium de ostentatione non de pietate est;

**C**ui dedisti consilium forsitan illi qui non habet sapientiam. Dare stulto  
consilium caritatis dari autē sapienti ostentationis. dari uero  
ipsi sapientie peruersitatis est;

**E**t prudentiam tuam ostendisti plurimam. Prudentiam suā plurimā  
ostendit qui uideri pre alius prudentior appetit;

**Q**uem docere uoluisti nonne eum qui fecit speramentū. per spira  
mentum uiuimus p̄ prudentiā sapientes sumus. Qui ergo uitam dedit  
ipse & prudentiam contulit. Baldad autē ipse semp̄ prudentiam preuila  
a quo uiuendi spiraculū accepit. ac si plus ipso eet sapiens a quo habebat uitā

**E**cce gigantes gemunt sub aquis. Gigantes uel a potestas angelos uel  
superbos quosq. homines intellegimus. Dicit autem. Ecce gigantes  
gemunt sub aquis. ac si dicat. cur de scientia homo superbiat cū  
ignorantie abissus & ipsos superbis simos sp̄s preuat. Siue gigantes  
gemunt quia elationis dum in hac uita ad sequi honorum celsitudinem

cupiunt sub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quisq. hic alius erigitur tanto curis grauioribus oneratur;

**E**t qui habitant cū eis. ac sic dicat. Pariter gemunt qui coꝝ gtae ex dilectione focunt. Nudus est infernus corā illo & nullū operimentū ē pdictioni quia diuine ire non absconditur quicquid illicitū ppetratur. Quis autē iste sit coram quo infernus nudus ē sequenti uersiculo demonstrat dicens.

**Q**ui extendit aquilonē sup uacuum. aquilo diabolus ē qui tot poris frigore gentium corda constringit. qđ sup uacuum extendit quia illa corda possidē quid diuini amoris grā n̄ replent uel gentiles ppti scām eccliam.

**E**t appendit terram sup nihil. Ideo nihilo terra suspenditur quod prius uacuum ab aquilone tenebatur quia illa corda gentilium repleta sunt caritate cū que pressa prius fuerant torpore diaboli. Siue extendit aquilonem sup uacuum quia iudeorū corda a fide uacua diabolos subdita. & appendit terrā super nihil quia nullis existentibus meritis super gentes dñs fūdauit ecclesiam suam.

**Q**ui ligat aquam in nubibus ut non exumpant pariter deorsū. Id quod hoc torū predicationē temperat. ut subditorū infirmitas dictorum rore nutrita conuelescat. Unde quidam eorum in suis auditorib; ait. Non potui uobis loqui quasi spiritalib; sed quasi carnalibus;

**Q**ui tenet uultum solis sui et expandit super illud nebulā suā. Sol uā uultus ei tenetur quia a nobis in hac uita regni ei gloria non quanta intrinsecus habetur agnoscitur. Auclendo em̄ eonebulas pergitur quo ipsa nostrae ignorantie obscuritate caligamus;

**T**erminum circū dedit aquis usq; dum finiuntur lux & tenebre. Aquae populi sunt. quas autē dñs termino circū dat. quia humani generis scientiā moderatur. quousq; uicis situdines alter nancium temporū transeunt perfecte ad cognitionē claritatis intime n̄ ptingat. Siue pfecte eternitatis scientia nulli tribuitur. quousq; cursus iustorū & iniustorūq; finiat;

**C**olumne celi contremescunt & pauent adnutum ei. Columne celi uel  
sci angeli uel summi ecclē predicatores sunt. Contremescunt autē & pa  
uent adnutum ei sci predicatorēs quia in plerisq; nec ipsi ptingere  
aduoluntatis ei cel situdinem preualent. Siue sci angeli uirtutum  
celestium columne celi intelleguntur. que nunc sine cessatione con  
spiciunt in ipsa sua contemplatione eum ammirando contremescunt.

**I**n fortitudine illius repente maria congregata sunt. mare presens  
scdm est. Incarnatum ergo dnm discordantia secularium corda con  
corditer credunt. qd quomodo actum sit aperitur dum dicitur.

**E**t prudentia eius percussit superbum. Ds enim non uirtute sed ratio  
ne diabolum superauit. Prudentia enim di non uirtute percussit. quidē  
ad temptandum dnm soluit ab omni natione possidendo religatur;

**E**t sps eius ornauit celos qui apredicatores sci nisi promissi paracliti  
dona perciperent. nullo fortitudinis decore claruissent.

**E**t opstrigante manuei. eductus ē coluber tortuosus. Manuē  
suam dñs in foramine huius colibri misit. Quando iniquorū corda  
diuina potestate tenuit & comprehensum ex eis aspudem traxit.

**E**t ecce hec ex parte dicta sunt uiarum eius. & cū uix paruam stillam  
sermonū ei audierimus quis poterit conitruum magnitudinis illius  
intueri. Uiarum nomine actiones. Primum ergo aduentū dominicū  
narrans uias di ex parte retulit. quod extremi iudicii comparatio  
leuigant ait. Ecce hec ex parte dicta sunt uerborū eius quod &  
paruam stillam sermonū ei appellat. Ait ergo. Si humilitatis ei  
amiranda uix misteria audierim terribile maiestatis ei aduentū

**V**ia uirtute toleram. **ADDIDIT QUOQ; IOB AD SUMMS PARABOLĀ SUĀ ET DIC**  
uit ds qui abstulit iudicium meum. Quo profecto uersu ostē  
ditur huius sci simi uiridicta quam mystice sint prolata dum  
parabola. id est similitudo adsumpta narratur; 7

- V**ult dñs & omps qui ad amaritudinem perduxit animam meam. Multos  
 u nouimus qui cum in hac uita aliqua aduersa patiuntur dum eē in credulitate  
 de quibus dñs. Dixit insipiens in corde suo non ē dñs. Nonnulli dñm esse es-  
 timant sed res amaras minime curare quid dicunt. Quomodo scit dñs & si est  
 scientia in excelsis. Item non uidebit dñs nec intellet dñs iacob. Uir iste  
 in sua afflictione constitutus. Contra utrosq; respondit. Nam ut dñm eē fa-  
 tere curat. Uult dñs. Utaū eū humanas curas curare perhiberet & subdit.  
 Qui abstulit iudicium meum. Ista enim quae patitur non casus se ppēci. sed dō  
 omnia disponentia testatur. Nec temptatori suo amaritudinis suae  
 potestatem tribuit sed auctori quia & hostis sicut qui ferire appetit.  
 Creator tamen est qui eum ad aliquid inuocata dñi in com moratione uitae  
 construxit. Audiānus quid sese constringendo subiungat
- Q**uia donec super est altus in me. et sps dñi in maribus meis. Non loquentur labia  
 mea iniquitatem. nec lingua mea meditabitur mendacium. Quod prius  
 iniquitatem. hoc post modum dixit mendacium. Quia profecto ab ae-  
 quitate discrepat. quicquid a ueritate discordat. Sed inter hoc quod ait  
 loqui & p̄ modum subdit meditari magna distantia est. Nam loqui plerūq;  
 precipitationis est. meditari uero studiosae prauitatis. Sed sēs uir ut p̄  
 factae adhaereat ueritati nec studiosē perhibet nec precipitatione in tiri.
- A**bsit a me ut iustus uos iudicem. donec deficiam non recedam ab innocentia  
 mea. Ab innocentia quoq; recederet si bona de malis aestimaret.
- I**ustificationem meam quam coepi tenere non deseram. Caepit namq;  
 iustificationem desereret. si in peccantium laude declinaret.
- N**ec enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Ac si aperte dicat  
 prouobis non debeo ad culpam trahi. quia peccatorem me in propriis  
 formidauit. Sed quo pacto a corde suo reprehendi se denegat. qui se su-  
 perius accusat dicens peccaui. Sed recte qui peccatorem se professus ē.  
 nequaquam se a corde reprehendi confitetur. quia & si qua inlicita

fortasse cogitando defuit unquam rectitudini. forti tamen mentis certamine restitit cogitationi.

**S**icut impius inimicus meus & aduersarius meus quasi iniquus. Sicut & quasi hic non in similitudinem ponitur sed pro ueritate. Inter impiū & iniquū hoc distat. quod impius pro infideli ponit. idē a pietate religionis alienus. Iniquus uero dicitur qui prauitate operis a bequitate discordat uel si xpianae fidei nomen portet. Recte ergo dicit sicut impius inimicus meus & cetera. Ac si dicat. ame & iā fidei discrepat qui mihi opere non concordat.

**Q**uae enim spes est ypocrite si auare rapiat & non liberet animam eius. Ypocrita idē simulator iustus non esse appetit sed uideri. Et idcirco auarus raptor est. qui dum inique agens desiderat desertate uenerari. Laudem uitae rapit alienae de quo scilicet uir ait. Quae enim spes ypocritae. quia dum praesentia diligit. futura minime sperat. cuius quia culpa prolata est & iam poena subiungitur.

**N**umquid clamorem eius audiens deus. cum uenerit super illum angustia. clamorem eius angustiae tempore deus non audit qui tranquillitatis tempore in preceptis suis ipse clamantem deum non audit.

**A**ut potest in omnipotentem delectari. Qui enim terrenarum rerum amore delectatur in deo nullatenus delectatur.

**E**t inuocare deum in omni tempore. Tunc quippe deum ypocrita inuocat cum hunc terrenarum rerum tribulatio angustat.

**D**ocebo uos per manum dei quae omnipotens habeat nec abscondam. Sicut scilicet loquitur uerbis suis ut aliquid signet ex omni. Manus autem dei uocatur filius per quem omnia facta sunt. Per manum dei docere se phibet & eos quos impropria sapientia remanere fatuos uidit. Ac si aperte dicat ego ex me aliquid nescio. sed quicquid ex ueritate sentio hoc ex eiusdem ueritatis largitate est phendo.

**E**cce uos omnes nostis & quid sine causa uana loqui mini. Ad maiorem ergo

culpe cum ulu hostes suos uir ses perhibet & seire qd sequi debeant. & sequi nol  
le quod sciunt

*Violentor*

**H**aec pars hominis Impii apud dm & hereditas quam ab omnipotente suscipiet  
Quam profecto partem hereditatemq; Insinuat cum subiungit

**S**imultiplicati fuerint filii eius in gladio erunt. & nepotes eius non satura  
buntur pane Impii heretici sunt qui per errorem prauu dogmatis accogni  
tione sunt ueritatis aliem Quos sequenti uerbo & iam uiolentos appellat quia  
scripturae sacrae sententias ad intellectum prauum co nantur uiolenter in  
flectere Filii autem uiolentorum sunt sequaces hereticorum. qui multipli  
cati in gladio erunt Uenturi enim iudici sententia feruntur hanc autem  
partem atq; hereditatem suam prauu ideo ab omnipotente percipiunt quia &  
siase ipsis habuerunt iniuste agere. superne tamen equitatis supp&it. iust  
te acta iuste iudicare. Et nepotes eius non saturabuntur pane. Nepotes  
hereticorum sunt. quide errantium filiorum predicatione nascuntur.

Quos panis ideo non saturat. quia in sacri uerbi pabulo plus querunt quam cupi  
unt. semper a ueritatis cognitione ieiunant.

**E**t qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu. Ex eo uidelicet heretico  
rum papulo derelicti sepelientur in interitu quia dum ad lucem ueritatis non  
redeunt iam in poenu p p&ua intelligentia terrena deprimuntur

**E**t uiduae eius non plorabunt. Uiduas eius accipimus subiectas plebes inorte  
illius feliciter destitutas. quae ideo non plorant. quia morte prauu doctoris  
uam ueritatis inueniunt. Vel certe non plorant. quia in suo errore manen  
ter dum sem fuisse estimant preceptorum suum. se falsa ne lugeant consolant.

**S**icut portauerit quasi terram argentum. & sicut lutum preparauerit  
uestimenta Preparabit quidem. sed iustus uestietur eis. sed & argentum  
innocens diuidit. Horum argentum idest hereticorum eloquium. ideo  
terrae est comparatum. quia descriptura sacra ut aliquid sciunt ex apeti  
tu terrene laudis elaborant. Qui & iam sicut lutum preparant uesti

menta. quia fluxae & inquinabiliter ea quibus se acquiri uolunt scripturae  
scae contextuunt testimoniu. Justus autem uestitur eis uestimentis quae prepa  
rat iniustus. quia uir scs eisdem sententiis adueritatem utitur. quib. semp uer  
sus contra doctorem ueritatis conatur ostendere. Et argentum innocens di  
uidit. Argentum est innocentem diuidere. eloquie diuinitatem discreteq  
exponere. Siue argentum innocens diuidit quia quae ab hereticis salubriter  
uel quae pestifere fuerint dicta discernit.

**E**dificauit sicut tinea domum suam. et sicut custos facit umbraculum. he  
reticus enim domum sicut tinea corrumpendo aedificat quia locum pfidiae  
non nisi inmentib; quas corrupit facit. cuius uerba plenitudine uerita  
tis carent. Et sicut custos facit umbraculum. Umbraculum quippe custo  
dis nullo fundamento solidatur. quia post hanc uitam nullatenus inuenitur.

**D**ues cum dormierit nihil secum auferet & aperit & oculos suos & nihil inueniet  
Utergo in sua manu diuites post mortem quicquam inueniant. eis ante mor  
tem dicitur. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis & ret usq; ta  
bernacula. Aperit autem oculos suos & nihil inueniet quia illic aperit  
ad supplicia. quos hic ad misericordiam clausos tenebat.

**A**dprehendet eum quasi aqua inopia nocte opprimet eum tempestas.  
Inopia illius ardentis diuitis in euanglio manifestata est. Agente eni  
inopia illic usq; ad minima petenda peruenit. Non immerito au aquae  
te illa inopia comparatur. quae in inferno cruciat. Qui susceptus in pro  
fundis absorbens sol & lacus nomine designari. Quid autem hic noctem  
nisi absconditum appellat exitus repentim. Tempestatis uero nomine ui  
dici turbamem designat. Quia enim non uult agere bona quae uideat de  
prehenditur interitus sui tempestate quam non uidet.

**T**ollit enim eum uentus urens. Uentus urens malignus sps uocatur  
quia desideriorum flammam in corde excitat. ut ad eternitatem suppli  
ciorum trahat.

**E**t uturbo rapiet eum de loco suo. Quasi turbine namque unusquisque de loco suo rapitur cum acunctis suis delectationibus; extremo tunc die separatur.

**E**mittet super eum & non parcat. Peccatorem deus quoties feriendo corrigit ad hoc flagellum emittit ut parcat. Cum uero eius uitam in peccato permanentem feriendo concludit. flagellum emittit sed nequaquam parcat. Quatinus hic qui omnino corrigi rennuit. iam presentium flagellorum percussio sit sequentium tormentorum.

**D**e manu eius fugiens fugiet. Ille enim fugit de manu ferientis qui prauitatem suam corrigit actionis. uel certe de manu percussoris fugit quidam prauitatem interitum conspiciet uias prauitatis relinquit.

**S**tringit super eum manus suas. Manus quippe stringere est uitae suae opera in rectitudine confirmare. Dum itaque alienum interitum conspiciunt. reuocantur ad eos ut recogitent suum.

**E**t sibilabit super illum intuens locum eius. In sibili intentio ammirationis exprimitur. Moriente ergo peccatore hi qui interitum eius conspiciunt. os in sibili constringunt dum ad ea quae tunc seratheticus uerba spiritalia euerit.

**H**abes argentum uenarum suarum principum. Ac si aperte dicat. Quia uere predicationis uerba sepe parat necesse est ut causarum origines a sacris paginis sumat. ut omne quod loquitur ad diuine auctoritatis fundamenta reuocet.

**E**t auro locus est in quo conflatur. Ac si dicat. Vera fidelium sapientia cuius uniuersalis ecclesiae locus est. tribulationem uobis persequentibus patitur sed aunctis peccatorum sordibus persecutionis uere igne purgatur.

**F**errum de terra tollitur. Ac si dicat. Fortes uiri qui acutissimis linguarum gladius in hac acie defendendo fidei ferrum sunt. Aliquando de terra in finis actionibus fuerunt. Peccanti homini dictum est terra es & in terram ibis. Sed de terra ferrum tollit cum fortis pugniator ecclesiae. A terrena quam prius tenuerat. Actione separatur.



**E**tlapis solutus a calore inaesuertitur. Quia duramens supermi amoris igne liquefacta ad ueram fortitudinem commutatur. Ut peccator qui prius insensibilis extiterat post modum & pacione auctor efortis & pdicatione sonorus fiat

**T**empus posuit tenebris & uniuersorum finem ipse intuetur. Tempus posuit tenebris iniquis uidelicet modum quo iniqui esse desistunt. Unde eis per apostolum dicitur Eratis enim aliquando tenebre. n̄cautem lux in dño. Uniuersorum autem nomine & electos uoluit & reprobos comprehendere. Nam bona faciens & ordinans dicitur. Mala uero non faciens. sed ab iniquis facta nem ordinare eueniat. ipse disponens. considerant uniuersorum finem. & patienter tolerat omnia. atque intuetur electorum terminum quo ex malo mouentur ad bonum. & reproborum finem quod malo opere dignum trahuntur ad supplicium.

**L**apidem quoque caliginis & umbram mortis diuidit torrentis apopulo peregrinante. Ac si aperit dicitur. Eo quos modo t̄ infidelitas exerceat uel crudelitas obdurat. flammarum fluuius a conspectu aeterni iudicis exiens ab electorum t̄ populo separat. ut t̄ ab omni signis districti examinis diuidat. quos nunc in suis concupiscentiis tenebrae uitiorum exerceant. Si uero sc̄orum predicatio obduratus mentes reproborum deserit. & ad pia humilium corda conuertit.

**E**os quos oblitus est pes. egentes homines & inuios. Id est quos predicator es dñi uidelicet per humanitatem pauperis pro superbiae suae timore relinquerunt. Quorum quae oblitus sunt. dum predicationis suae semina ad solam fructificationem gentium transulerunt. Quos recte & inuios uocat qui uerbis uitae ad cor uiam praebere noluerunt. Sed uideat post haec quae sic obduruit. ut qualis dudum fuerit. uel quid pertulerit. audiamus.

**T**erra de qua oriebatur panis in loco suo igne subuersa est. Quia si nagoque mandata dī per legem protulit. nascentem ecc̄iam sequens. Inuidiae ignae sc̄sumpsit.

**L**ocus saphyri lapidei & glebe illius aurum. Auḡ & reatum culpae sequentis. praecomium gl̄ae praecedentis. Nam quia de uideat numquam sc̄e animae:

quae caelestem uitam docerent defuerunt dicitur. Locus saphyri lapidesci.  
 Et quia magnae uitae ac sapientiae perfidiam fulsit adiungitur. Glebae illius  
 aurum. Glebae autem ex humore & puluere constringuntur. Omnes enim qui ore  
 gratiae infusi ex mortis debito sepuluerem ueraci cognitione confessi sunt.  
 Dum uitae uirtute durescerent quasi aureae nulla glebae iacuerunt.

**S**emitam ignorauit auis. Nec intutus est oculus uulturis. Quis hic auis nomi-  
 ne nisi ille signatur qui corpus carneum quod adsumpsit ascendendo ad  
 aeternam letauit. Recte autem mediator dei & hominum uulturis appellatio-  
 ne signatur qui manens in altitudine diuinitatis suae quasi quodam uola-  
 tu sublimi. Caduere mortalitatis nostrae conspexit in infimis & sese de caelestibus  
 ad ima demisit. Semitam <sup>igitur</sup> ignorauit auis nec intutus est oculus uulturis  
 quia & si uideret eum quem in morte tenuit uidere noluit quanta uitae nostrae  
 gloria de eius morte sequeretur.

**N**on conculcauerunt eum filii institutorum nec transibit per eam leaena.  
 Institutores in latinis in grecis quod dicimus inuenimus negotiatores  
 Institutores enim negotiatores dicimus quia omnes qui fidelium mores instituunt  
 spirituale negotium gerunt. Ut cum predicationem suis auditoribus praebent  
 ab eis fidem & opera recta percipiunt quorum negotiatorum id est prophetarum  
 filii sancti apostoli inuenerunt. Si autem eosdem institutores ecclesiae praedicatores  
 accipimus. Institutorum filios doctores & pastores ecclesiae intellegimus qui non  
 calcauerunt synagogam. Eam quippe calcarent sancti si eius uitae calce uirtutis pre-  
 merent. Per quam leaena non transit. Ecclesia uidelicet quia male uiuentes  
 inuitus orae sanctae predicationis interficit. hoc autem non dicitur quia per uideam non  
 transiit sed non pertransiit. Apostolis enim praedicantibus prius ex illa  
 tria milia postmodum u. milia crediderunt. Ecclesia itaque per synagogam  
 transiit sed non pertransiit. Quia ex illa ad fidem paucos rapuit. sed ta-  
 men illum infidelium populum a perfidia non extirpauit.

**A**d filicem tetendit manum suam subuertit arachneib; montes. Quia cum duritia

gentium sc̄a predicatio p̄c̄iuit superbiorum altitudinem funditus stravit  
in petris riuos excauit. Idē induris gentium cordib; fluuios sc̄a predications aperuit.  
**E**t omne pretiosum elegit & uidit oculis eius. In scriptura sacra uidere dī  
aliquando pro elegere ponitur. Uidit aut̄ pretiosum cū humanam ani  
mā a se abiectam. sapiēter gratiae suae inlustratione respexit  
**P**rofunda quoq; fluuiorum scrutatus est. & abscondita produxit in lucem  
**Q**uia dum suis expositorib; intelligentiae sp̄m infudit. Antiquas proph̄tarum  
obscuritates aperuit  
**S**apientia uero inuenitur. & quis est locus intelligentiae. nescit homo pretiū  
eī. nec inuenit̄ in terra sua uenter uiuentium. Abrisus dicit non est in me. &  
mare loquitur non est mecum. Nondabit̄ aurum obrizum pro ea. nec appen  
detur argentum in commutatione eī. Addidit. aq; quod superius dixit.  
**S**apientia uero ubi inuenit̄. etc. Iste uersū respondit. Habrisus dicit non  
est in me. & r̄t. Ad id uero quod dixerat nescit homo pretium eius & r̄t.  
**A**d inferiorem uersū redit dicens. Nondabitur aurum obrizum pro ea & r̄t.  
**I**lle itaq; sc̄s quam sapientiam contemplantur. Nisi eam quam apostolus dixit.  
**X**p̄m dī uirtutem & dī sapientiam. Huius itaq; sapientiae pretium nescire  
est digni operis meritum quo illam percipiat non inuenire. Haec autem  
sapientia inuenire sua uenter in terra uiuentium non ual̄. Quia quisquis  
adhuc uitae uoluptatib; pascitur. ab aeternae sapientiae intellectu separatur.  
**N**am si uere saperet. expulsus de aeternis gaudiis. de ea in qua cecidit. exiliū sui cecita  
te lugeret. Abrisus dicit non est in me. Quid hoc loco per abrisum nisi corda  
hominum uocat. quae mimum abrisus non esse hanc sapientiam proficit.  
quia per lapsum fluuida & duplicittatis caligine tenebrosa. Quia iniqua  
mens dum esse sapiens carnaliter appetit. stultam se ad sp̄i talia ostendit.  
**E**t mare loquitur non est mecum. Perturbatae enim secularium mentes eo  
ipso clamant. quo a uera sapientia longe diuisae sunt. quo quae non sunt  
**N**ondabitur aurum obrizum pro ea. Ac si dicat. Per me in ipsam sapientiā

manifestabitur. ut humanum genus a culpa redimatur. Nullus uice eius angelus mittit. quia per creatorem necesse est ut creatura liberetur.

**N**ec appendetur argentum in commutatione eius. quia quilibet scilicet non potuerunt in comparatione unigeniti filii nullius meriti pensantur fuisse.

**N**on confertur tinctis Indiae coloribus. Tincti autem coloris sunt Indiae huius mundi sapientes. Quod per indiam quae nigrum papulum emittit in hunc mundus accipit. qui quamuis per infidelitatem & per actionem foedi sint. ante humanos tamen oculos super ducte honestatis colore suffucantur. Sed eo aeterna dei sapientia tinctis Indiae coloribus non confertur. quia quisquis hanc ueraciter intellegit ab his omnibus quos mundus sapientes coluit quam longo distet agnoscit.

**N**e lapidi sardonico precioso uel saphyro. Sardonicus lapis terrae rubrae similitudinem tenet. Saphyrus aeream speciem habet. possunt ergo in sardonico per terram rubram hominis quia ad terra rubra interpretatur.

**I**n saphyro autem aeream uisionem angeli designari. Ille ergo qui est diuinitas & dei sapientia tanta magnitudine excellit omnia ut nec in terra primum hominis nec in caelo angeli comparentur. Siue per sardonium lapidem patres testamenti ueteris. Per saphyrum uero predicatoris noui testamenti exprimuntur. Quasi ergo dicit. Qui ergo homo inter homines cernit. nec antiquis quisquam simile non habet. Unde sequitur.

**N**onequabitur ei aurum uel uirum. Quia quanta libet scilicet claritate & perspicuitate fulgeant. Aliud est homines esse sapientes in deo. atque aliud esse hominem sapientiam dei.

**N**on commemorabuntur nec commutabuntur pro ea. In comparatione ei uasa auri excelsa & eminentia. quae ex participatione sapientiae nobis ueneranda sunt. In comparatione ipsius sapientiae etiam memoranda non sunt. Quoscumque enim puros homines sancta ecclesia cognoscit deum homini non confert.

*I. nec in uis patribus ei aequat. Quia excelsitate habet. quod in humanitate*

**T**rahitur enim sapientia de occultis. De occultis sapientia trahit<sup>r</sup> quaecumque  
inuisibilis non nisi inuisibiliter inuenit<sup>r</sup>. Quae rectae quoque trahi dicit<sup>r</sup>  
quasi flatu trahuntur ut corpus uiuat sic ab inuentis sapientiae spiritus ducitur. ut ad  
uitam anima subsistat. Unde psalmus. Os meum aperui & adtraxi spiritum

**N**on aequabitur ei topatium aethiopia. Quid per aethiopiam nisi presentem  
mundum accipimus. quae coloris nigredine designat peccatorum populum  
foeditate meritorum. Topatium uero lapis pretiosus est. qui omni colo  
re resplendet. Dum ergo in christum conuersa gentilitas credidit. ex ea mul  
ti ita dono spiritus locupletati. ut quasi multis coloribus sic multis uirtutibus  
luceant. Sed ne acceptis quisque uirtutibus extollatur a seculo inro nunc dicitur.

**N**on aequabitur ei topatium de aethiopia. In nonnullis sanctorum quibuslibet  
uirtutibus plenus existat. Tamen nigredine mundi collectus equari non potest  
ei de quo dictum est. Quod nascetur ex terra uocabitur filius dei. Notandum  
ergo nobis est. quod sanctus uir ut longe distare ab hac sapientia angelis demonstra  
uit. Non dabitur ei aurum obrium per ea. Qui ut antiquos patres sacri  
loquii tractatores inferiores ostenderet adunxit. Nec appendetur ar  
gentum in commutatione eius. Ut philosophorum quoque sapientiam hic mon  
strar<sup>r</sup> & longe subesse intulit. Nec conferatur indiae coloribus & ceteris. Ut in il  
la quoque superna ciuitate nullum peruenire ad aequalitatem unigeniti  
demonstrar<sup>r</sup> & addidit. Non aequabitur ei aurum uel utrum. Ut pro  
phetas quoque ei subesse ostender<sup>r</sup> & adunxit. Non commutabuntur per  
ea uasa auri excelsa & eminentia. Trahitur sapientia de occultis. Ad dex  
trem uero ut ipsos hereticos in ecclesia increpare addit. Non aequabitur  
ei topatium de aethiopia. Ac sic dicit. Hi qui ex peccati nigredine ad conuer  
sionem ueniunt aequari deo non possunt. Quamuis multis colorum uirtutibus  
resplendeant quorum ut superbia refutetur. aperte subiungitur.

**N**on aequabitur ei mundissime componatur. Hi uidelicet qui prius per pra  
uorum opera foedi fuerunt superueniente tamen spiritu sancto nitore gratiae uestiunt<sup>r</sup>.

78  
**V**nde ergo sapientia uenit & quis est locus intelligentiae abscondita est ab oculis omnium uiuentium. Requirit enim unde sapientia uenit. Ab eo enim uenit a quo orta est. Sed quia ab inuisibili & coeterno patre nascitur eius uia occulta est. Quia ergo & inuisibilis est de quo patet & incertum nobis est in cuius mente intellecta requiescat. Recte dicitur.

Unde ergo sapientia uenit & quis est locus intelligentiae ab oculis omnium uiuentium. Quo quisquis sapientiam quaedit est uidet & huic seculo funditus moritur. Ne iam eius amore teneatur.

### EXPLICIT LIBER OCTAUIVS & INCIPIT NONVS DE CI MVS

**U**olucres caeli late & Quia in hac corruptibili carne constituti naturae eius potentiam ipsi quoque uiuendo non penetrant qui iam per meritum sanctae contemplationis uolant. **P**er dicio & mors dixerunt. Auribus nostris audiuimus famam eius. Quid per dicionis & mortis nomine nisi maligni spiritus designantur qui in uentores mortis & per dicionis extiterunt. De sapientia ergo quod dicitur. Auribus audiui mus famam eius. Quia nimirum uisionem illius plena beatitudinis habere nequi uerunt. Uide quippe perfecte coaeternam dei sapientiam hoc est quod habere. Ideo iniqui spiritus hanc sapientiam non uident quia ad lucem eius clauderunt oculos cordis super fuisse eius radis repugnantes.

**D**ns intellegit uiam eius & ipse nouit locum illius. Alter sapientia habet uiam atque aliter uiam. Per humanitatem transitum. Locum uero per statum diuinitatis. Quia igitur quando per carnem apparere hominibus incertum fuit recte nunc dicitur. Dns intellegit uiam eius & cetera. Ac si aperte diceret. Humane cogitationi occulta sunt. uel quando per carnem ad homines sapientia ueniat. uel quomodo apud patrem inuisibilis & cum foris apparuerit persistat. Si uia eius accipitur hoc ipsum quod uenit ad cor. seque nobis in trinecus infudit. Locus uero eius fit cor ad quod ueniens permanet & quia hominibus incertum est uel in cuius corde ueniat. uel in quo postquam uenerit permaneat. Recte nunc dicitur. Dns intellegit uiam eius & cetera. Et quia haec

sapientia in cunctis mundi partibus electorum fuerat corda replenda. Recte subdit.

**I**psa enim fines mundi intuetur & omnia quae sub caelo sunt respicit. Respicere recte est ea quae amissa & perditae fuerant ad suam gratiam reformare.

**Q**ui facit uentis pondus. Velocitate ac subtilitate uentorum solent anime designari. Pondus ergo accipiunt anime ab intentione diuina noniam leui motu desiliant sed in eum fixa constantiae grauitate consistant. Vel certe uentis pondus est facere concessam hic electis de uirtutibus gloriam permixta infirmitate temperare.

**E**t quis appendit mensuram. Quia utique sancti qui leuante spiritu ad summa rapiunt quatenus diu sunt in hac uita ne in aliqua elatione superbiant quibusdam temptationibus reprimuntur ut nequaquam tantum proficiant quantum uolunt quia dum spiritus trahit & caro retrahit subtilissimo interm iudicium moderamine infra summa et supra infima in quodam medio anime librat.

Unde sequitur

**Q**uando ponebat pluuem legem & uiam procellis sonantibus tunc uidit illum & enarrauit & preparauit & inuestigauit. Solent pluuiae predicantium dicta signari quorum iam uerba cum blande persuadent pluuies sunt. Cum uero terribilia de futuro iudicio intonant tonantes procelles sunt. Lex autem est ipsis predicatoribus posita ut uiuendo impleant quod loquendo suadere festinant. Uiam autem procellis <sup>sonantibus</sup> posuit cum predicatoribus suis ad corda hominum terrore iudicii uenturi percussa aditum fecit. Tunc ergo cum legem pluuis poneret hoc est mandatum custodiae predicatoribus daret. Hanc incarnatam sapientiam uideri & enarrare a predicatoribus preparari & inuestigari ab auditoribus fecit. Sibi quippe illam preparat quisquis illam bene uiuendo in diem iudicii propitiam parat.

**E**cce timor di ipsa est sapientia & recedere a modo intelligentia. Ac si diceretur. Cordi tui o homo scrutare secreta secundum timorem deprehendis profecto est stat.

quia hac sapientia plenus es. Sed quia ueraciter uim diuini  
timoris intellegit. qui se a prauis cunctis operibus custodit.  
recte subditur. & recedere. a malo intellegentiae.

**ADDIDIT QUOQUE ADSUMENS PARABOLAM SUAM ET DIXIT.**

**Q**uis mihi tribuat ut sim iuxta menses pristinos. A p<sup>er</sup>te con  
stat quod p<sup>er</sup> exteriorum uerborum formam mysterialoquitur. qui  
parabolam adsumpsisse memorat. Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses  
pristinos. Menses enim ex collectione dierum fiunt. Quid nomine significat  
mensium. nisi collectiones animarum. Siue aliquando mensis pro perfectio  
ne ponitur. Reminiscentur ergo per uocem beati iob. ecclesia perfectionis  
pristinæ. & reducat ad memoriam. quanta pro fectio predicationis suae  
collectis animabus reportabat lucra.

**S**ecundum dies de quibus dicitur custodiat me. Nam ecclesia tunc in illis hoc est in  
firmis aestimabat ut mensis ex mense. Hoc est p<sup>er</sup>fectio requie post refec  
tionem operis cadere quae se nō in istis. hoc est in p<sup>er</sup>fectis respicit custodiri.

**Q**uando splendebat lucerna eius super caput meum. Nunc enim lucerna sup  
caput ecclesiae splendet quia sacra eloquia tenebras nostrae mentis irradiant.

**E**t ad lumen eius ambulabam in tenebris. Nunc ad lumen in tenebris ambulat.  
quia scēa uniuersalis ecclesia. & si aliene occulte cogitationis non penetrat. ponit  
tamen gressus boni operis directo lumine supernae locutionis.

**S**icut fuit in diebus adulescentiae meae. quando secreto d<sup>e</sup>i erat in tabernaculo  
meo. Sicut unius cuiusq<sup>ue</sup> hominis. sic scēa ecclesiae aetas describitur. Paruula  
quippe tunc erat. cum a natiuitate recens uerbum uitae predicare non po  
terat. Hinc dicitur. Soror n<sup>ost</sup>ra paruula est. & ubera non habet. Adulta ue  
ro quando d<sup>e</sup>i uerbo copulata. scō repleta spū p<sup>ro</sup> predicationis in ministeriū  
in filiorum conceptione foetatur. Cum autem malis oppressa quasi quo  
dam semo debilitate p<sup>ro</sup> predicationem filios procreare non ual<sup>et</sup>. & reminis  
citur fecunditatis antiquae. dicens. Sicut fuit in diebus adulescentiae meae.



**A**it autē quando secreto dñs erat in tabernaculo meo. Omnes enim qui precepta diuina metuunt di tabernaculum fiunt. Ut ergo demonstretur quantum intus profecerit secreto dñs fuisse in suo tabernaculo prohibet ut etiam ostendat rectitudinis opera quantum extrinsecus custodiuit.

**Q**uando erat omnis mecum & in circuitu meo pueri mei. Pueri uocantur qui celestibus mandatis inserviunt. quoniam in circuitu eius sunt. quia in cunctis fere gentibus reperuntur. quia caelestia mandata custodiunt & spiritali regulae obsequuntur.

**Q**uando lauabam pedes meos butyro. Xps & ecclesia una persona est. Ille huius corporis caput. Haec autē illius capitis corpus. quos autē pedes dñi nisi scōs predicatores accipimus. Butyro enim pedes lauantur. quia seipredicatores bonorum operum pinguedine repleantur. Et abstergitur collectus puluis de gloria scāe predicationis. Vel certe lauantur pedes. dum scōs predicatoribus debita. ab audientibus stipendia conferuntur. & quos fatigat inuinctus predicationis labor. exhibita ad discipulis pinguedo boni operis fouet.

**E**t petra fundebat mihi riuos olei. Petra xps est quae ad usum scāe ecclesiae olei riuos fudit. De hac petra olei riuus exiit. liber mathei. liber marci. liber luciae. liber iohannis. In diuersis huius mundi partibus quod predicamenta edidit. tot per opera apostolorum omnium riuos fudit.

**Q**uando procedebam ad portam ciuitatis & implatae parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes & abscondebant & senes adsurgentes stabant. Principes cessabant loqui & digitum supponebant oris suo. Vocem suam cohibebant duces. & linguae eorum gutturi eorum adhaerebant. Mos uero ueterum fuit ut seniores in porta consisterent. & causas intro euntium iudicaret. Quatinus tanto esset pacificus urbis populus. quanto ad hanc discordes ingredi non liceret. Sed nos sacram istoriam uenerantes. Haec egisse beatum iob pro cultu iustitiae certum habemus. Haec iuxta litteram dici in isto compendio sufficiat.

**A**uris audiens beatificabat me. & oculos uidentium testimonium reddebat mihi. Dum beatificari se ab audientibus sibiq; testimonium reddi audientibus fate-

80  
tur. Qualis in sermone & qualis in opere fuerit ostenditur. Utigitur beatus iob ami-  
corum suorum increpationibus exactus utraq; se habuisse prohibeat sese  
& audientibus & uidentibus uenerationi fuisse manifestat dicens

**E**o quod liberauissimam pauperem uociferantem & pupillum cui non esset adiutor  
Benedictio perituri super me ueniebat & cor uidue consolatus sum. Magnae mise-  
ricordiae ista sunt opera. Superius autem dictum est quid exhibuit per doctri-  
nam. At namq; auris audiens beatificabat me. Nunc autem narrat quae  
per misericordiam impendit dicens. Eo quod liberauissimam pauperem uociferantem  
& cetera. Vox quippe cum opere sibi necessario concordat.

**I**ustitia indutus sum & uestiui me sicut uestimento. uestimento utiq; cum  
uestimur. ex omni parte circum damur. Ille ergo iustitia sicut uestimento  
induitur. qui se undiq; bono opere protegit. & nullam partem actionis suae  
peccato nudam relinquit.

**E**t diademate iudicio meo. Iustorum iudicia recte diademate comparantur  
quia per magni operis gloriam ad retributionis ducunt coronam. Quae nimirum  
iudicia secum cottidiae introrsus agunt. qui deo quidue proximo de-  
beant.

**O**culus fui caeco & pes claudus. Pater eram pauperum & causam quam nesciebam  
diligentissime inuestigabam. Ideo beatus iob amicos se iniuste accusantibus  
atq; idcirco nescientibus bonae suae loquendo asserit. ut nimirum discerent  
non contra eius uitam erigi. sed hanc tacentes imitari. Et causam quam nescie-  
bam diligentissime inuestigabam. Uides quia cum magna ager & minima  
non dispexit. Notandum ergo est. ne ad proferendam sententiam unquam pre-  
cipite debeamus nec temere indiscussa iudicemus. ne qualibet macula auditanos  
moueamus. Ne passim dicta sine probatione credamus.

**C**onterebam molas iniqui & de dentibus illius aufererebam praedam. Per molas occul-  
tae inimici insidiae. Per dentes autem aperta iam culpa perpetratio demonstratur.

**D**icebamq; in modulo meo moriar & sicut palma multiplicabo dies. Quid hoc loco

pernici nomen nisi tranquilla requies exprimitur in qua infirmos quos quaesi-  
lios quasi imidos innutrire credebatur Quia uero hoc ipsum sibi pacis  
otium exultorum dierum longitudine pmittebat recte subiungit dicens  
Et sic palma multiplicabo dies Palmis enim tarde proficit sed diu in uiriditate subsistit.

**R**adix mea aperta est secus aquas. Iuxta aquas enim radix aperitur. Quando  
ad percipienda ueritatis fluentia. Latenter cogitatio mentis aperitur.

**E**t ros morabitur in inmissione mea. Sub audis dicebamus. Messio enim scilicet  
ecclesia non incongruenter accipitur. cum perfectae animae corporibus  
abstracte uelud naturae segetes a terra radici se ad celestia horrea demi-  
grat. Ergo ros desuper cadit. Messis autem deorsum collegit. Unde ros  
moratur in inmissione. quia gratia desuper ueniens. agit ut dignissi-  
mi quidem de inferioribus colligamur. & fructum bonorum operum sursum feramur.

**G**loria mea semper inuouabitur. & arcus meus in manu mea instituetur.

**A**rcus in manu est. scriptura sacra in operatione. In manu & in manu  
tenet quid diuina eloquia quae intellectu cognoscit operatione perficit.

**EXPLICIT / INCIPIT LIBER VICESIMUS.**

**Q**uoniam uidebant expectabant sententiam meam. & intente tacebant  
ad consilium meum. Verbis meis nihil addere audebant & super illor  
stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluuiam. & os suum  
aperiebant quasi ad imbrem serotinum. hinc iam apud sem iob fuisse  
subiectionum reuerentiam indubitanter crechimus. Sed cum dicit ex-  
pectabant sententiam meam. Quasi aperte dicat. non uithi proterui  
ac timidi quidum ueritatis uerba suscipere rennuunt. p dicationis  
mee sententias quasi docendo percuntunt. In hac aut stillatione  
eloqui. quid aliud quam mensura p dicationis accipit. In hoc uero qd dicit  
ut uerbis meis nihil addere audebant reuerentia laudatur audien-  
tium. Verba scilicet p dicationis sic pluuiam sustinemus dum humiliter  
ariditatem misericordis agnoscimus. At aut os suum aperiebant

10

quasi ad imprem serotinum. idē ostium quoque cordis aperiebant.

**S**i quando ridebam ad eos non credebant. & lux uultus mei non cadebat in terram. Ergo uir ser. talem se exhibuit subditis. ut & iam ridens timeri potius sc̄. Sed cum superius patrem pauperum uiduarumq; consolatorem se fuis se phib̄. quomodo in tanto terrore regiminis. tanto quoq; ad fuerit lenitas. & mansuetudo p̄catis. quatinus qui p̄cedit & ad ridens timeri debeat. & iratus amari. ut eum nec nimia l̄cia uilem reddat. nec immoderata seueritas odiosum. Lux aut uultus eius in terram non cecidit. quia ea quae terrena sunt per concupiscentiam non aspexit.

**S**i uoluissē me ad eos sedebam primus. Non sic apud reprobos iniquorum cogitationib; in actiones anime qd̄ optimū. sed qd̄ actiones carnis deterius prius sedet.

**C**umq; sederem quasi rex circumstantem exercitu. eram tamen merentium consolator. Ecce hic auctoritas regiminis. ecce mysterium p̄catis. Disciplina enim uel misericordie multum destituit. si una sine altera teneat.

**S**ed circa subditos suos in eē rectorib; deb̄. & iuste consulens misericordia. & pie se uens disciplina.

**N**unc aut derident me iuniores tempore. Huius uidelicet disciplina & misericordie alembus. & ignorantibus iridebatur.

**Q**uorum non dignabar patres ponere cum canib; gregis mei. Et quorum manuum uirtus erat mihi pro nihilo. & uita ipsa putabant indigni. Recte eorum opera despiciebat. quae ex auctoritate fidei non prode re spiciebat.

**E**gestate & fame steriles qui rodebant. insolitudine squalentes calamitate & miseria. & manducabant herbas & arborum cortices. & radice uimperorum erat cibus eorum. Haec eos fuisse magnae miseriae & egestatis ostendunt. Arbor aut uimperi. p̄ foliis punctiones hab̄. Sic quippe sunt hirsuta quae profert. ut spinis similia contrectantē pungere ualeant.

**Q**ui de conuallib; ista sapientes cum singula reperissent ad eum cum clamore currebant. In desertis habitabant torrentium & in cauernis petrae.

uel super glaream Inter huiusmodi locabantur & eē subsentibz dili-  
cias computabant. Eū iam subsentibz quasi subuestimentis gaudebant

**F**ili stultorum & ignobilium & in terra poentis non parentes. Et iugitur di-  
cunt stultorum non tam decorū semine quam de imitatione generati. Et in  
terra poentis non parentes quia in mirum a terra uuentū exsortes sunt

**N**unc meorum canticum uersus sum. Tanto quispe despectior iniquus unus  
quisq; erit quanto iustior & potuerit. Et tanto abominabilis quanto laudabilis

**A**bominabunt me & longe fugiunt a me. & faciem meam conspuerunt non ueren-  
tur. Haec de aduersariis dicta sunt. Nē autem de dño sub iungit dicens

**F**aretram suā aperuit & adflixit me. Quidp faretram nisi dē occultum con-  
siliū designat. Sagittam uero dñs de faretra eicit quando de occulto consilio  
apertam sententiam emittit

**E**t frenum posuit in os meum. Cum enim persecutores suos ad exortationis uo-  
cem deteriores uidisset magis elegit tacere. Et cum indignos qui audiunt  
conspicit obducto silentio adstrinxit

**A**d dexteram orientis calamitatis meae ilico surrexerunt. Ipso locutionis  
usū pro dextro habere dicimus. quod pro magnopentamus. Pro sinistro autē  
id quod dispicimus. plerumq; aut nobis in tribulationibus dolē quod  
eas ab illis patimur in quibz germano amore fidebamus

**P**edes <sup>meos</sup> subuerterunt & oppresserunt quasi fluctibus seminis suis. Quia  
scilicet uita prauorum insolenti quā & uelut molesta ad obruendam na-  
uem cordis nostri quasi tempestas inlabitur

**D**issipauerunt itinera mea. insidiati sunt mihi & preualuerunt & non  
fuit qui ferret auxilium. Dicat haec beatus iob de malignis spiritibus uidelicet  
hostibz occultis. Non fuit autem qui ferret auxilium. quia ratione nunc dicit  
nisi quia omnipotens dñs eos quos in aeternum diligit aliquando ad tempus  
relinquit. ut ait ad modicum in puncto dereliquit

**Q**uasi rupto muro & aperta ianua iruerunt super me. & ad meas miseras

deuoluti sunt. Hoc in loco mirum nomine redemptor humani generis ap-  
pellat qui malignorum spirituum cursum uolat. Quasi rupto ergo  
rupto muro & aperta ianua super bonos mali intrunt. cum accepta po-  
estate peruersi in quorum clamore destruerentur mina fidei co-  
nant. At autem. Et ad meas miseras deuoluti sunt. quia ad miseras pri-  
us uidelicet suas male uiuendo ceciderunt.

- R**edactus sum in nihilo. Apud aestimationem quippe malorum in nihilo  
redigimur. quando ea que ipsi quasi summa diligunt. non tenemus.
- A**bstulisti quasi uentus desiderium meum. Fidelis quisque qui se pati denunti-  
at quod eos quos diligit pati dolet. Ventus ergo desiderium tollit. cum  
res quae libet transitoria aeternitatis appetitum destruit. Unde subinfertur.
- E**t uelud nubes pertransiit salus mea. Salus autem ut nubes transit quan-  
do peruersorum gloria quo altae fides non est. <sup>sermo</sup> Nec ad electorum uocem conuertit.
- N**unc autem in me ipso arescit anima mea. et possident me dies afflictionis.  
Electorum quippe anima nunc in arescit. quia in illa post modum aeterna exulta-  
tione uiridescit modo eos dies afflictionis possident. quia dies letitiae post sequentem.
- N**octe os meum perforat doloribus et qui me comedunt non dormiunt. Scilicet ergo  
iuri corpus per sinus. ulcerum scaturiens. Uernum multitudo lacerabat.
- I**n multitudine eorum consumitur uestimentum meum. & quasi capiteo tunice  
siccauerunt me. Hic uestimentum beati iob corpus accepimus. Cuius uesti-  
mentum consumit. dum caro cruciat. Tunice autem capiteo collum circu-  
dat indumentis. Collum uero sistringit. uocis usus. & urealis flatus necatur.
- C**omparatus sum luto. & assimilatus sum fauillae & cineri. In reproborum  
quippe iudicio electi luto comparantur. quia temporaliter conculcati despi-  
cuntur. Fauillae assimulantur & cineri quia dum bona eorum in-  
teriora non uident. ad sola illos mala peruenire aestimant quae illis  
exhiberi temporaliter uident.
- C**lamabo ad te. & non exaudies. scilicet & non respicias ad me. fide stat. desideris

clamat sed dol & se quasi non respicendum sua uel & tribulationibus uota de  
ferri

**M**utatus est mihi in crudelē & in duritia manus tuae aduersaris mihi. Sicut dñi  
accipimus sine zelo zelantem sine ira irascentem. Ita uiro scō & iū sine crudeli  
tate dici potuit crudelis. Crudelis enim dicitur. qui digne feriendo non par  
cit. At autem mutatus est mihi in crudelē. Ac si dicat. Quante nihil crudelitatis  
habes mihi quem respirare a percussione non sinis. crudelis uideris

**E**leuasti me & quasi superuentum ponens elisisti me ualde. Valde eleuatus sup  
uentum ponitur. qui prosperitate transitoria letatur

**S**cio quia mortu tradas me. ubi constituta est domus omni uiuenti. Recte bea  
to iob congruit etiam iuxta historiam quia ante redemptoris <sup>aduentū</sup> ad inferi  
claustra etiam iusti ducebantur. Ipsa autem inferi receptio domus omniū  
uiuentium dicitur quia nullus huc uenit qui ante mediatoris aduentum non  
illuc pertransiuit

**V**erum tamen non ad consummationem emittis manum tuam. & si corrueris  
ipse saluabis. Nam cum feriendo a peccatis corripit corruentes saluat ut  
strati exteriorius interiorius surgant. & iacentes corpore ad interiorē statū redeant

**F**lebam quondam super eo qui afflictus erat & compatiebatur animam eā  
pauperi. Utiquae ille perfecte tribuit. qui cum eo quod afflicto porri  
git. afflictus quoque in se animam sumit

**E**xpectabam bona & uenerunt mihi mala. Presto labar lucem & eruperunt  
tenebrae. Quia per remunerationis gratiam inter esse angelorum se  
gaudio sperabat. tamen hic diutius delatus manus persequentium tolera  
uit. Et quis se quanto magis aestimabit aeternae lucis retributione perfrui  
hic adhuc compulsus est inimicorum tenebras pati

**I**nteriora mea effruerunt absque ulla requie. Illos iam ante uelud uisce  
ra gestauerat quos in persecutionis atrocitate tolerare dolebat

**P**reuenerunt medietas afflictionis. Quia utique malorum uitam grauitē

etiam tempore pacis portat quā ante tempus cruciati corporis portauit

**M**erens incedebam sine furore. consurgens in turba clamaui. Superius dixit eleuastime. inferius adiungit Merens incedebam. In actibus bonorum solet esse & foras honor culminis. & intus afflicte meror humilitatis. At autem sine furore consurgens in turba clamaui. Nam plerumque qui presumunt. nisi in ore cordis sui spiritus freno teneantur. in irata retributionis atrocitatem profiliunt. Amica enim potestati. poene semper impatientia est.

**F**rater fui draconum. & socius strucionum. Draconum nomine malitiosorum hominum uita signat. Quidam strucionum appellatione intellegi. nisi simulatores solent. Scis itaque uir quia quosdam maliciosos alios simulatores patitur dicat. Frater fui draconum & socius strucionum. quia minus est quod ipse bona ageret. nisi & ad bonitatis suae cumulum ab aliis mala toleraret.

**C**utis mea denigrata est super me. & ossa mea aruerunt precaumate. Iuxta istorum manifestatum est. At spiritualiter cutis denigratur. & ossa precaumate arescunt. quia dum infirmi ad iniquitatem profiliunt fortes quiq; zelus in igne cruciantur.

**V**erba est in luctum cythara mea. & organum meum in uocem fletuum. Quia spiritualiter dectus quisque quo predicationis uox silet. eodumna ecclesie grauius plangit.

**EXPLICIT LIBER XX. INCIPIIT LIBER XXI.**

**P**epigi foedus cum oculis meis. ut ne cogitarem. quidem de uirgine. id est ne prius incaute aspiceret. quod post modum inuitus amaret.

**Q**ua enim partem habere & in medijs desuper. ethereditatem omnipotens de excelsis. Ac si apte dicat. Si mente in cogitatione polluero. eius qui mundicia auctor est. esse hereditas nequaquam possum.

**N**umquid non perditio est iniquo. & alienatio operantibus iniusticia. Festina consolatio bonum est. cum consideratur finis malorum. Dum enim ex eorum interitu malum conspiciunt quod euadunt. leue existimant quicquid in



hac uita aduersa patiuntur. Quod aut apud nos alienatio hoc apud hebreos ana-  
thema dicitur. Tunc ergo alienatio erit rebus cum ab hereditate districti iu-  
dicis se anathema conspiciunt.

**N**onne ipse considerat uias meas. & cunctos gressus meos dinumerat. Quid uia-  
rum nomine nisi actiones. quid appellatione gressum. nisi uel motus mentium  
uel perfectus denuntiat.

**S**i ambulauimus in ueritate aut festinauit in dolo pes meus. appendat me in statera  
iusta. & sciat deus simplicitatem meam. Ac si aperit dicitur. Si qua unquam leuiter  
si qua pernitiosa perpetravi. deus & hominum mediator quia equa lance omnia  
nostra pensat. iam appareat ut mei uita cognoscam. An ueraciter simplex fui.

**S**i declinauit deus a eius gressus meos. Toties deus a gressus declinat. quoties nostra  
cogitatio in rectitudinis per consensum reliquit erroris.

**S**i consecutus est oculus meus cor meum. Ac si dicitur. Ne haec passim uidere uolui.  
que concupiscerem. nec uidendo unquam secutus que concupiui.

**S**i in manibus meis adhesit macula. Quando enim macula in manibus id est  
culpa in actionibus inheret. quae censura disciplinae non sinebat in cogitatione perficere.

**S**eram & alius comedat. & progenies mea eradicetur. Hic serere. uerba uitae pro-  
dicare est. At ergo. Seram & alius comedat. Ac si aperit dicitur. Si ergo eu-  
quaepuili facere pretermisi quod os meum loquitur. non ego sed aliter ope-  
retur. Et progenies inquit mea eradicetur. Doctoris ergo progenies eradicatur.  
quando is qui per uerbum nascitur. per exemplum necatur.

**S**i deceptum est cor meum super mulierem. Hoc quod ait. Si deceptum est cor meum  
nec cogitasse quidem de fornicationis macula demonstratur. Hoc aut quod subiecit

**E**t si ad ostium inimici mei insidiatus sum. Patenter innotescit. quod a reatu ad ul-  
terius liber fuit. quod hoc numquam fecerit. eandem culpam ueritatis sibi optat in poena dicens.

**S**icutum sit alterius in cor meum & super illam mouentur alieni. Hoc enim  
nefas est & iniquitas maxima. ignis usque ad perditionem deuorans. et om-  
nia eradicans germina. Germina quippe sunt animae operationes bonae.

cutamen si peruerso ordine caro dominat. igne luxurie omnia bene pullulata con-  
cremantur

**S**i contempsi subire iudicium. cum seruo meo et ancilla meae cum disceptarent  
aduersum me. Qui iudicari cum seruis ancillisq. non remouunt. contra nullū  
proximum timidus fuit

**Q**uid enim fatiam cum exsurrexerit ad iudicandum dñs. et cum quesierit quid  
respondebo ei. Qui uenturum iudicem cogitat. cotidie indefinenter ra-  
tionum suarum causas in melius parat

**N**um quid in uero fecit me. qui et illum operatus est. et formauit me in uul-  
ua unus. Potentibus uiris magna uirtus est humilitatis considerata aequa-  
litas conditionis

**S**i negaui pauperibus quod uolebant. & oculos uiduae expectare feci. Sic pau-  
peres humiles sunt. & procul dubio oportet dari. qui quic cum uerū humili-  
tate requiritur. Idē quod non ex desiderio. sed ex necessitatibus postulatur.  
& si inquit uiduae oculos expectare feci. ut non solum ex munere. sed ex celeritate  
muneris bonorum operum merita auget

**S**i comedi buccellum meam solus. et non comedit pupillus ex ea. Scilicet se pie-  
tati p̄ iudiciū facere aestimans si solus comederet qd dñs omniū cōmuniter creasset.

**Q**uia ab infantia mea creuit mecum miseratio. et de uero matris meae egressa  
est mecum. Bonum ergo quoda conditione habuisse se intimat non ad suam.  
sed ad laudem conditoris enarrat. indicans ab ipso se accepisse ut pius esset. & a quo  
accepit ut eet. At ergo creuit mecum. Nonnulli ergo qui ad sc̄atē crescunt ab  
innocentiā decrescunt. Electis autē cum foris aetas corporis inuis crescit aetas uirtutis.

**S**i dispexi pretereuntem eo quod non habuerit indumentum. et absq. operim-  
to pauperem. Simon benedixerunt mihi latera eius. & de uelleribus ouium  
mearum calefactus est. Quod pauperem non dispexit. uirtutem humilita-  
tis exhibuit. quod operuit pietatis. At ergo in amore proximi uno  
eodemq. ordine & superbiae uitium & impietatis premeis pretereuntem.

quem piam . & humiliter aspiciens non despexit . & misericorditer calefecit

**S**ileuam super pupillum manum meam cum uiderem me in porta superiori  
orem . Hic porta iudicium nominatur . Dicit ergo . Neque tunc utilitatis  
meae negotia uirtute contra pupillum exequare uolui . quando nemini  
iudicio etiam ex iustitia potiore mihi

**U**merus meus a iunctura sua cadat . & brachium meum cum suis ossibus  
conteratur . Ac si aperte dicat . Si ea qua dexteri operari renui . ipsum quod  
mihi ad operandum datum est . corporis membrum perdam . ut uidelicet  
cadat a corpore . quod exercere nolui ad utilitatem

**S**emper enim quasi timentes fluctus timui dominum & pondus eius ferre  
non potui . Quasi tu . mentes superbi re fluctus dominum metuit . quia dum  
ueram desiderat . omnia despiciit quae hic possidens portat . Et pondus eius in  
quit ferre non potui . quo quae extremi iudicii aduentum intentam mente con  
siderat profecto uidet . quia tantus pa . uor imminet . quantum non solum  
tunc uidere sed etiam nunc praeuideret timeat **INCIPIT LIBER XXII**

**S**iputavi aurum robur meum . et obrixi dexteri fiducia mea . Obrixi enim dicimus  
obtrude aurum . Sci enim uir . nec aurum robur . nec sibi esse obrixi . id est ru  
dem auri mollem fiduciam credidit . quia spem atque delectationem suam in  
solius gratia conditoris fixit

**S**ilactatus sum super multis diuitis meis . & quia plurima reperit manus  
mea . Electi enim de multa habundantia minime laetantur . quia uidelicet  
per amore caelestis patrimonii . aut largiendo dispergunt . aut despiciendo  
deserunt

**S**i uidi solem cum fulgeret . et lunam incedentem clare . & laetatum est in  
abscondito cor meum . Quia sol et luna aliter uidentur ad usum . aliter  
ad uenerationem . eo amore quo a cultoribus suis uenerari solent . Solem  
& lunam nequaquam uidisse se perhibet . nec laetatum fuisse cor suum

**E**t osculatus sum manum meam ore meo . quae est iniquitas maxima

et negatio contra dñm altissimum. In qua uidelicet osculatione quid aliud  
 quam gratia uenerationis exprimitur quod si fecisset unquam hoc  
 iniquitatem maximam. & di negationem uocat. Siue haec luminaria nequa  
 quam uidi se se perhibet. ut se monstraret presentis Lucis speciem non ap  
 petisse. Ac si post despectum terranae habundantiae insinuet quid  
 dicam quia nequaquam in auro laetatus sum qui in ipsa quoque luce cor  
 poreae delectatus non sum

**S**igauisus sum ad ruinam ei quime oderat & exultaui quod inuenisset eum  
 malum. Duobus modis dilectio sol & ostendi. si et amicus in dō. et inimicus  
 diligitur propter dñm. Sed sciendum est quia inimici dilectio tunc ueraci  
 ter custodit. cū nec de peccati addicimur. nec deruma eius laetatur

**S**imon dixerunt uiri tabernaculi mei. quis det de carnibus meis ut uescamur. In  
 eo quod uias tenuit uitae. exoptatores suae mortis inuenit. foras patentes  
 aduersarios intus latentes.

**F**orsitā mansit peregrinus. ostium meum uictori patuit. Beatus ergo uir & pati  
 enter domesticos maledicentes pertulit & uiatores atque peregrinos a pute  
 bene suscepit

**S**ta abscondi quasi homo peccatum meum. et clauis in sinu meo iniquitatem meam  
 Haec sunt namque uerae humilitatis testimonia. et iniquitatem suam quemque  
 cognoscere & cognitam uocem confessionis aperire. At contra usitatum hu  
 manam generis uitium est. et libendo peccatum committere et commissum negan  
 do abscondere. et conuictum defendendo multiplicare

**S**it ex pau ad multitudinem nimiam et despectio propinquorum terruit me  
 & non magis tacui egressus ostium. Ac si aperitius dicat Turbatus contra me  
 extrinsecus alius. Ipse in me intrinsecus in per turbabilis mansi. Ostium meum  
 hoc loco os accipimus. Per quod quasi egredimur. dum uerbis quibus possum  
 secreta nri cordis aspiciamus. & quales intus in anem tales foris per linguam egredimur

**Q**uis mihi tribuat adiutorem. ut desiderium meum omnipotens audiat

Hunc adiutorem beatus iob p̄ totius ecclesie significationem loquens. mediatorē  
 scilicet dñm nr̄m requirit. Adiutor ergo queritur ut desiderium exaudiatur.  
 quia nisi p̄ nobis mediatoris interpellatio interceder̄ & ab aure dñi nostrarū  
 precum uoces silerent. Non ergo preces. sed desiderium om̄p̄s audit. Vera  
 quippe postulatio. non moris est uocabur. sed in cordis cogitationibus

**E**t librum scribat ipse qui iudicat. Er̄it ergo tunc auctor iudicii qui nunc est  
 conditor libri. ut tunc districtus exigat. quod modo mansuetus iubet.

**V**t in humero meo portem illum. et circumdem illum quasi coronam mihi. Li  
 brum quippe in humero portare est. scripturam sacram operando p̄ficere.  
 & sacri eloqui mandata si modo bene portantur. in opere. post nobis coro  
 nam uictoriae exhibent in retributione.

**P**er singulos gradus meos pronuntiabo illum. Quia nimirum ille ad doctrinā  
 dñi ueraciter ascendit. qui ad optinendā hanc gradibus sc̄e operationis eruperit.

**E**t quasi principi offeram eum. Omne enim quod offerimus. in manibus tenemus.  
 Veniente ergo ad iudicium principe. librum offerre est. uerbum predicatorū  
 eius in actione tenuisse.

**S**i aduersum me terra mea clamat. et cum ipsa sulci eius deflent. Terra contra  
 possessorem clamat. si contra eum qui sibi p̄re est. aliquid iniustum uel  
 priuata domus. uel sc̄a ecclesia murmurat. Clamare quippe terrae est  
 contra regentes iniustitiā rationabiliter subiectos dolore. Ubi recte  
 sequitur. Et cum ea sulci eius deflent. Sulci ex terra sunt. et tamen a terra  
 uocabulo distingunt̄. Quia hi qui in sc̄a ecclesia mentem suam labore sc̄e  
 meditationis excolunt. ceteris fidelibus tanto meliores sunt. quanto per  
 accepta semina fecundiores operum fruges redunt.

**S**i fructus eius comedi absq; pecunia. Fructus terrae absq; pecunia  
 comedere est. ex ecclesia sumptus accipere. sed eidem ecclesie predica  
 tionis pretium non prebere. De qua dñs ait. Oportuit te committere  
 pecuniam meam nummularis.

**E**tiamnam agricolarum eius afflicti. Agricultores huius terrae sunt. qui in mi-  
nor loco positi. quanto possunt opere. ad eruditionem sc̄ae ecclesiae. impre-  
dicationis gratia cooperantur. quos uidelicet hoc est non affligere eo-  
rum laboribus non inuidere. Ne rector ecclesiae dum sibi ius predicationis  
uindicat etiam aliis recte predicantibus inuidia semor dente contradicat.

**P**ro frumento oratur mihi tribulus. & pro ordeo spina. Ac si aper te dicat. Si  
miustum quid erga subiectos gessi debitum. et ipse quod debui non impendi.  
S i ex er atatio nem boni operis aliis inuidi. pro bonis quae aeternū refi-  
ciunt retribuuntur mihi in iudicio mala que pungunt. Siue ita dicit.  
Si magna quae debui non feci. sollicitae punitionis murmures a subiectis  
recipiam. Etiam de bono quod feci neglexi exhibere quod foueat. iuste  
inquerela proficiens eorum lingua me pungat. **FINITAS UNTI VERBA IOB**

phicio pene

pbano i cauti

**O**miserunt ergo tres uiri isti respondere iob. Indignatusque helui filii pa-  
rachiel buzites decognitione ram. **INCIPIT LIBER VICESIMUS III.**

**I**ratus est autem & indignatus helui aduersum iob. Tres Beati iob sermomi-  
bus subditur. Omiserunt aut tres uiri isti respondere iob eo quod iustus sibi  
iuderetur. hoc quod iustus sibi iuderetur. S acrae huius scriptor istoriae  
adam corū iudiciū retulit. Non aut beati iob de elationis tumore reprobauit.

**I**ratus indignatusque helui filius parachiel buzites decognitione ram. Bene-  
haec ipsa uel uis uel parentis uel loci uel cognationis nomina. non tam p-  
priae expriment actionis. helui enim interpretatur d̄s meus. iste uel  
d̄s d̄ns per quam recta fides arrogantiam intra ecclesiam designatur po-  
sitorum. Nam quamuis iuxta d̄m non uiuunt. d̄m tamen d̄m eē recog-  
noscent. Barachiel autem interpretatur benedictio d̄i. Buzis uero  
contemptibilis. quia arrogantes in predicationis fecundia benedictione  
gratiae diuine percipiunt. sed in elatis suis moribus esse se contemptibi-  
les ostendunt. Ap̄te aut etiam decognitione ram dicitur. Ram quippe  
interpretat̄ excelsus. Unus quisque em̄ predicator arrogans intra sc̄am

ecclesiam positus scis populis fidei ueritate sociatur. quam uisabeorum uita  
elatione sua disingatur. Iratus est autem aduersum iob. eo quod iustum se  
diceret coram dō. Porro aduersum amicos ei indignatus est. eo quod non  
uenissent responsionem rationabilem. sectantium modo condempnassent  
iob. Bene autem heliu modo beatum iob modo amicos ei increpare phibet  
quia amatores uanegloriae intra ecclesiam constituti. et aduersarios pre  
munt dum uera predicant. et eiusdem scē ecclae morib. contradicunt dum  
de ipsa predicatione gloriant. illos p̄dicatione ueritatis. ista uicio elationis in  
pugnant.

**I**gitur heliu expectauit iob loquentem eo quod seniores essent qui loquebantur. et  
cum aut uidisset quod respondere non possent. iratus est uehementer. Quā  
uis scē ecclē sit aduersarius suis antiquior. de illa aut ipsi. non autem ex  
iuit ipsa de illis. recte tamen eisdem aduersarius heliu uimor fuit. quia post  
exorta hereticorum bella eē intra ecclē inflati arrogantes coeper.   
Cum aut dicitur quia heliu expectauit iob loquentem eo quod seniores eēnt  
qui loquebant. Aperte beato iob non sua sed pro amicorum reuerentia  
reseruasse monstratur. quia arrogantes intra ecclē positi eandem quā  
defendunt ecclē despiciunt. Et plerumq. contingit. ut plus in genia male  
sapientium quam simplicem uitam innocentium ueneretur.

**R**espondensq. heliu filius parachiel puzites dixit. Junior sum tempore.  
uos autem antiquiores. Sperabam enim quod detas prolixior loqueretur.  
& amorum multitudo doceret sapientiam. Quamdiu heliu pro peccatis  
suae respectu tacuit. sapientior fuit. Cum uero in alius amorum multi  
tudine semet ipsum praeferebat despicit. quam puerilit. dissipat ostendit.

**S**ed uideo sp̄s est in hominib. et spiratio omnipotentis dat intelligentiā.  
Haec recte diceret si eandem intelligentiā sibi praeceteris non arrogaret.  
Non sunt longeuus sapientes nec senes.

**N**on sunt longeuus sapientes. nec senes intelligunt iudicium. Ideo audite me.

**I**dem co dimisso capite uertit sum. Indicare uobis meam sententiā.

etiam ego meam sententiā. expectaui enim sermones uestros. audiui prudentiam uestram. donec disceptaueritis sermonibus. & donec putabam uos aliquid dicere considerabam. Cum helui dicit expectaui sermones uros. apte declarat se aduerbasenum iudicantis potius studio. quam discantis uoto tacuisse.

**S**ed ut uideo non est qui arguere possit iob. & respondere ex uobis sermonibus eius. ne forte dicatis. Inuenimus sapientiā. dñs proiecit eum & non homo. Ac si arrogantes Intra scām ecclesiam. sectamē fideles contra hereticos dicat. Per hoc quod scām ecclām in honore hominum florere temporaliter non cernitis. pietatē eam ad nōnōn recedatis. Scit enim dñs ei & in hoc itinere solatiū uementi tribuere. et p̄ uenientiā ad aeternā patriam sup̄na p̄mia reseruare.

**N**ihil locutus est mihi. et ego non secundum uros sermones respondebo illi. Quod aut ait nihil locutus est mihi. Nimirum om̄s arrogantes uoces quidem scā ecclesie audiunt sed sibi eas dice dñs simulant quando elationis uitium emendare contempnunt. Ego inquit non secundum uestros sermones respondebo illi. Neq̄ enim arrogantes contradicunt. ecclesie praua p̄dicando. sed p̄ uer se uiuendo.

**E**xamuerunt nec responderunt ultra. abstuleruntq̄ a se eloquium. Sepe arrogantes ecclesie defensores. quamuis ordinem dicendi non teneant. ta aduersarios ipsa dictorum uirtute perturbant.

**Q**uō igitur expectaui & non sunt locuti. steterunt & non responderunt ultra. Simis esse locutionis sapientium sol & ut eos usq̄ dicant quousq̄ aduersariis silentium imponant. helui autem formam in se arrogantium intendant. Non aduersariorum dicta superare. sed suam sapentiā ostendere festinant. Respondebo & ego partem meā. & ostendam scientiam meam hanc & eni partem omnis arrogans aestimat suā. Am̄ scientiam non tam habeat quam ostendat.

**P**lenus sum sermonibus. et coartat me sp̄s uteri mei. In uenter meus quasi mustum absq̄ spiraculo. quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar & respirabo paululum. aperta labia mea & respondobo. Quia helui infla



tione locutionis extenditur. Ac si ad loquendum per caritatis gratiam ardo  
res sui spiritus accendatur. Sensus sui spiritum in eo quod tacuit. quasi iniusto absque  
spiraculo comparauit. Et bene ait. quod lagunculas nouas dirumpit  
quia spiritus sancti feruor. non solum ueteri. sed & iam noua uitae uix capitur. Lo  
quar ait et respirabo paululum. quia sicut labor iustorum est uidere  
praua nec corrigere. ita grauis est labor arrogantium si quid sapiunt non ostendunt.

**N**on accipiam personam uiri. et cum homini non aequabo. Nescio enim qua  
diu subsistam. Et si post modicum tollat me factor meus. Bene autem ait  
per modicum. quia quamlibet longum fuerit tempus uitae presentis. eo  
ipso breue est. quo permanens non est.

**A**udi igitur iob eloquium meum. & omnes sermones meos ausculta. Ecce a  
perui os meum. Loquatur lingua mea in faucibus meis. Pensamus de qua  
elatione haec descendant. Arrogantes enim recta quae sentiunt. rec  
te ministrare non possunt. Ait ergo. Loquatur lingua mea in faucibus  
meis. Ac si aperte dicat. Quae contra te dicentem prudenter sentio.  
ecce silenter narro. Simpliciter corde meos sermones & sententiam labia  
mea pura loquentur. simplicitatem arrogantes se habere asserunt. ut se  
curius audiant. quia dupliciter sua emalitiam deprehendi formidant.

**S**piritus dei fecit me et spiraculum omnipotentis uiuificauit me. Subditurus  
uero premisit elata. et diciturus hoc quod recte sciret. ante in conuit  
quantum tumeret. Bono autem ordine et factum se asseruit. et anima  
tum. per spiritum factum & per spiraculum se narrat animatum. Facto quippe  
adam. in spirauit inquit. In fatiem eius spiraculum uitae.

**S**i potest respondere mihi. et aduersum fatiem meam consistere. Ecedum narrat.  
ordinem uere conditionis in fatum subito superbiae elationis erupit.

**E**cce et me sicut et te fecit deus. et de eodem luto ego quoque formatus sum. Verum  
tamen miraculum meum non te terreat. et eloquium meum non sit tibi  
graue. Omnes arrogantes cunctis quidem hominibus aequaliter conditos

meminerunt. sed p[ro] factum scien[ti]ae auctores suos aequales sibi esse dedignantur

**D**ixisti ergo in auribus meis. et uocem uerborum audiui. Atq[ue] eandem uocem subuungens ait. Mundus sum ego. et abq[ue] delicto immaculatus. et non est iniquitas in me. Quia querelas in me non reperit. ideo arbitratur me in mecum sibi. posuit in neruo pedes meos. et custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Beatus iob dixerat quod absq[ue] culpa flagellatus erat. sed heli non credidit cessante culpa potuisse eum etiam p[ro] gratia flagellari. Ideo increpat eum dicens. hoc est ergo in quo non es iustificatus.

**R**espondebo tibi quod d[omi]n[us] maior sit homine. ut utiq[ue] flagellatus homo considerans quia illo maior est d[omi]n[us]. In omni quod patitur eius iudicio se postponat. cui se minorem esse non dubitat.

**A**d uersus eum contendis quod non ad omnia responderit tibi. Semel loquitur d[omi]n[us] et secundo id ipsum non repetit. Ac si diceret. D[omi]n[us] in singulorum cordib[us] priuatis uocib[us] non respondit. sed tale eloquium construit. p[ro] quod auctorum questionib[us] satis facit. Si uesemel loquitur d[omi]n[us] quia pater unigenitum consubstantiali sibi filium genuit. Unde apte subdit. et secundo ipsum non repetit. quia uidelicet hoc ipsum uerbum. idem filium non nisi unigenitum genuit.

**P**er somnum in uisione nocturna. quando intruit sopor super homines. et dormiunt in lectulo. Et somnum nobis locutio diuinitatis innotescit. quia secreta non cognoscimus. si terrenis desideriis uigilemus. Ideo autem ait in uisione nocturna. Nocturna autem uisio apparere. contemplationi mentis sub quibusdam imaginationib[us] solet. In diuturna autem lucas. certius cernitur. In nocturna uero uisione cunctanter uidemus. Nox quippe est uita presentis. In qua quam diuisum. quod in terra conspiciunt. sub incerta imaginatione caligamus. quando inquit intruit sopor super homines. quia sancti uiri cum exteriori actione non deseruiunt. Intra mentis cubilia conquiescunt.

Ei dormiunt inquit in lectulo. Sed dormire in lectulo est. Intra mentis suae cubile  
quiescere.

**T**unc aperit aures suorum et erudiens eos instruit disciplina. Cum enim ab exterioribus actionibus sopiuntur. apta aures inter manus causas audiunt. Quidam subtiliter uel flagella publica. uel iudicia occulta considerant. semetipsos afficere flendo non cessant. Erudiens inquit eos instruit disciplina. Compunctionem non incongruae disciplinam uocat. Quattuor quippe sunt qualitates quibus iusti anima in compunctione afficitur. Cum autem alorum suorum reminiscitur considerans ubi fuit. Aut iudiciorum dei sententiam metuens et secum cogitat querens ubi erit. Aut cum bona supernae patriae contemplantur.

Quae quia necdum accipitur. lugens conspiciat ubi non est. Quidem homo proprium nisi peccatum fecit. et scriptum est. In initium omnis peccati superbia.

**U**t auertat hominem ab his quae fecit. et liberet eum de superbia. Bene autem dicitur quia homo cum ab his quae fecit auertitur. de superbia liberatur. Contra conditor enim quippe superbiere est. ei precepta peccando transcendere.

**E**ruens animam ei de corruptione. et uitam illius ut non transeat in gladium. De corruptione enim ad gladium transire est perfecta uitia ad toleranda supplicia peruenire.

**I**ncrepat quoque per dolorem in lectulo. & omnia ossa illius marcescere facit. Quia cum mea requie quam nobis ab hoc seculo preparamus. flagello temptationis afficimur. Qui fortassis de uirtutibus nostris inflari potuimus cognitae infirmitatis nostrae tedio extenuamur.

**A**bominabilis ei fit inuita sua panis. et ante illius cibum antedesejabilis. Ac fiduciat. afflicta mens sibi amaritudinem uertit considerat quicquid se ante blande libenterque sicutiabat.

**T**abescet caro illius. et ossa quae tecta fuerant nudabuntur. Quia utique dum flagellis arguentibus carnalis dilectio extenuatur. Et quae dudum quasi sub carne latuerant uirtutum fortia pate fiunt. Nemo quippe quantum proficerat. nisi inter aduersa cognoscit.

**¶** Aut cum mala uitae praesentis attendens merens considerat ubi est.

11

**A**dpropinquabit corruptioni anima ei & uita eius mortiferis. Omnis sciam  
 ma corruptioni adpropinquat. quia ex suis se uiribus peditio proxima non  
 ignorat. ut hoc qd a perditione longe est non sibi sed dno tribuat. Adpropin  
 quat uero mortiferis qui ex infirmitate carnis <sup>se</sup> proxima peccatis mortem  
 ferentibus respicit. **EXPLICIT LIBER. XXIII. INCIPIT XXIII**

**S**ifuerit pro eo angelus loquens unum de similibus. Heliu hunc generalis pestilentia  
 totius generis humani generale subintulit remedium medicine dicens. Si  
 fuerit pro eo angelus loquens unum de similibus ut ad iustitiam & hominibus aequi  
 tatem. Angelus iste utiq; magni consilii est qui pro nobis unum de similibus lo  
 quitur. quia cum in cunctis operationibus suis immensa nos uirtute transcen  
 dat in uero nobis idem in forme ueritate non discrebat. Per hoc pro nobis patri  
 loquitur. pro quod semetipsum nobis similem ostendit. Loqui quippe eius est  
 ipsum se pro hominibus hominem demonstrare. Ut ad iustitiam et hominibus ae  
 quitatem. quia nisi ille hominibus similis fieret. aequus homo antedim non aparet.

**M**iserabitur ei et dicet. Liberabo eum ut non descendat in corruptionem. Inueni  
 in quo ei propitietur. Mediator dei & hominum homo xps est. In eo miseretur  
 homini. quo forma hominis suscepit. Quasi misericordie redempto homi  
 ni dicat patri. Libera eum ut non descendat in corruptionem. Dicere autem eius  
